ſupra in.ij.ſtel.ꝑme co. ¶ Dulcis in fructu.
idẽ.in filio q̃ dic̃. Spũs me⁹ ſuꝑ mel dulcis
¶ Odorifera in flore. Flos ei⁹ filius ei⁹ eſt
q̃ ſicut cynamomũ ⁊ bal.aro.dedit ſua.odo.
Ecci.xxiiij. ¶ Fructũ ſuũ in q̃ntũ in ſe ẽ oĩ-
bus comunicat. Qđ apparuit q̃n filiũ ſuuz
peperit in via vt poſſet ab oĩ ꝓtereunte capi
et diceret trãſeuntes. Fili⁹ datus eſt nobis.
Sed nota ꝙ nõ inuenit᷑ h fruct⁹ niſi a tranſ-
euntib⁹. Vnde dr̃ paſtorib⁹ q̃ dixerũt. Trãſ-
eam⁹ vſqz bethleẽ ꝛc. Luce.ij. dr̃ paulo poſt.
Venerũt feſtinãtes ⁊ inuenert ꝛc. ¶ Arbor
frõdoſa ⁊ ramoſa cui⁹ frõdes ⁊ rami ama-
tores eius ei q̃daꝫmodo fide ſpe ⁊ caritate in
ſerti.q᷑ amor eſt amãtis ⁊ amati vnio q̃daz
ſpũalis. Vnde talis pt dicere. Mihi adhere
re ei bonũ eſt.⁊ ponere in ea ſpem meã.q᷑ ta
lib⁹ nutrimẽtum grẽ ſubmĩſtrat. Maxime
aũt inſerunt᷑ ei imitatores ei⁹ in pietate ⁊ du
plici miſcdia.ſ.in affectu ⁊ effectu. ¶ Cana
eſt ꝑ ſapiam Sap.iiij. Cani ſũt ſenſus hoĩs
ꝛc. Et in antiq̃s eſt ſapia Job.xij. ¶ Signũ
eſt pacis. Vnde in ei⁹ partu cantatum eſt.
Pax hoĩb⁹ bone volũtatis. Per ipam eniz
finita eſt guerra quã Eua fecerat inter deuz
⁊ hoĩez.inter hoĩem ⁊ angelũ.inter hoĩem et
hoĩem.inter corp⁹ ⁊ aĩaz. Vnde ipa eſt colũ
ba illa q̃ ceſſante diluuio ramuz oliue in ore
ſuo detulit ad Noe in archã.deũ hũano ge
neri recõciliatũ demõſtrans.⁊ ſic ipa deſig̃t
ꝑ oliuã q̃ eſt ſignũ pacis.⁊ ꝑ colũbã que eſt
auis pacifica. ¶ Comam ſuã diu cõſeruat
id ẽ.fidẽ ſpem ⁊ caritatẽ. Vel coma eſt virgi
nitas cui debet᷑ aureola. Vnde maria pigi-
tur coronata. Hãc comam iugiter ſeruauit
q᷑ vĩgo ante partũ.in ꝑtu.⁊ poſt ꝑtũ. ¶ Fo
lia ei⁹ amara.q᷑ vba ei⁹ inuitant ad pñiam
Vel vba ei⁹ ſunt vba euãgelice ꝓdicatõis q̃
b⁹ docuit aplos ⁊ filios naſcẽtis ecclie. Fo-
lia etiam ei⁹.i.vba medicinalia. Eze.xlvij.c.
¶ Fructũ facit in frigore pinguẽ.q᷑ ad lrãz
in hyeme peperit ſaluatorẽ. Miſtice q̃n refri
guerat caritas ⁊ abũda.iniq̃tas. ¶ Eſtate
et hyeme viret. Viror aĩe fides ⁊ ꝑſeueran-
tia.q̃ nõ aruit in ea ꝓpt hyemẽ dñice paſſio-
nis.ſicut in oĩb⁹ diſcipulis. Tũc eñi defecit
oĩs ſctũs Jdõ ꝓdictũ erat de ea.ꝓuer.in fine
Nõ extinguet᷑ in nocte dñice paſſiõis lucer
na ei⁹.i.fides. ¶ Cãtarides nutrit q̃ libẽter
ꝯmedũt flores oliue. Et ſũt cãtarides muſce
fetẽtes ⁊ lucide q̃ ſignãt clericos ⁊ mõachos
vel canonicos lucẽtes habitu ⁊ tõſura.ſꝫ fe-
tẽtes vita. Cũ dicat Aug.vt nõ tam ſtudea-
mus placere veſtib⁹ q̃z morib⁹. Quos btã

v̓go nutrit bn̄ficijs ſuis. ¶ Arboꝛ inſignis
maria glīoſa ē generis nobilitate. glīoſioꝛ
moꝝ boneſtate ⁊ grāꝝ vniuerſitate. glīoſiſ/
ſima filij dignitate. ¶ Ramos bꝫ flexibiles
qꝛ facillime flecti p̄t oꝛōe deuota. vt babeat̄
fructꝰ eiꝰ q̇ ē xp̄s. ¶ Valde copioſa ī fructu
Vn̄ dicit Ego āt ſicut oliua fructifera ī do.
dı. ꝛc. ı. ī ecclia. qꝛ fructꝰ eiꝰ oē bonū ē ⁊ ſūmū
bonū. q̇ oībꝰ oīa factꝰ ē vt lucrifaciat vniueꝛ
ſos. j. Coꝛ. ix. ⁊ ip̄e in futuꝛo erit oīa in oībus
id ē. ſufficiētia oīm. j. Coꝛ. xv. Ip̄a ē et oliua
id ē. fructꝰ. qꝛ plena piguēdie grē ⁊ miſcdie.
luce ſapiētie. ⁊ bilaritate bone ꝯſciē ¶ Seq̄t
Specioſa in cāpis. ı. in pctōꝛibꝰ incultis. q̄/
bus grām ſuis oꝛōnibꝰ exemplis ⁊ meritis
ſubminiſtrat. vt excolant̄ ⁊ referāt fructum
Dicit̄ etiam ſpecioſa in campis ꝑpter cōita
tem pietatis eiꝰ ⁊ miſcdie quam cunctis ex/
bibet. q̄ntum in ſe eſt ſine acceptione pſona
rum. Si vis ergo p̄ticipare pinguedini bꝰ
oliue. depone faſtū ſupbie ⁊ frutecta vicioꝝ
pſcinde. ⁊ ſicarios fures ⁊ venenata anima/
lia demones ſcꝫ ⁊ vicia expelle. vt ſic in te cā
pi facies appareat.

¶ Tercia ſtella quinte coꝛone bea/ te virginis eſt qꝛ ipſa dicitur rubꝰ.

R r Ubus maria di
cit̄. Et ip̄a vel eiꝰ ꝯceptꝰ eſt illa vi
ſio magna Exo. iij. quā deſidera
bat videre moyſes q̄ı de ꝑpe dicēs. Vadā ⁊
videbo viſionē bāc magnā q̄re nō cōburat̄
rubꝰ ꝛc. Hec viſio magna ꝑpt̄ ſingularitatē
qꝛ nec p̄mā ſimilē viſa ē. ꝛc. Utilitatē qꝛ nul
la maioꝛ vtilitas eē p̄t. Rei magtudinē. ſ. qꝛ
v̓go ꝯcepit nō puꝝ boīez ſꝫ filiū dei. Rei no
uitatē. Hiere. xxxi. Creauit dn̄s nouum. ꝛc.
Sigficationē qꝛ ⁊ p̄ſens miraclm̄ exbibuit
⁊ incarnatōez v̓bi ⁊ v̓gis matris ꝑpetuā in/
tegritatē p̄ſignauit. Magni myſterij repꝛe/
ſentationē. Sed q̄d videbat moyſes. flāmā
ignis. ı. filiū dei q̇ d̓ꝛ flāma ignis. ı. ſplendoꝛ
lucis eterne. qꝛ deꝰ noſter ignis ꝯſumēs eſt
Heb. in fi. Procedentē de medio rubi. ı. v̓gi
nalis vteri. Et d̓ꝛ ibi qꝛ rubꝰ ardebat ⁊ nō cō
burebat̄. qꝛ v̓go ꝯcipiebat filiū nec violabat̄
grauidabat̄ ſed nō grauabat̄. Alleuiabat̄ ī
partu ſed nec dolebat nec euacuabat̄. Vel ꝑ
flammā intellige ſpūſſancti grām dn̄o appa
rēte in rubo. flāma rubū nō leſit. qꝛ filio dei
aſſumēte carnez in v̓gie obūbꝛata a ſpūſctō
pudoꝛ v̓gineꝰ illeſus ꝑmāſit. Vel ſic. Ignis
ī rubo chꝛiſtꝰ in coꝛꝑe v̓gineo q̇ ibi ardebat.
qꝛ fecūditatē accendebat nec v̓ginitatez con
ſumebat. Et ī b̄ magna viſio. qꝛ cū ſit ignis
ꝯſumēs nō ꝯſumebat. chꝛiſtꝰ igit̄ rubꝰ igne
ſuccēſus nec cōbuſtꝰ iure aſcribit̄. Quid ei
eſt rubꝰ in flāma niſi būana natura cū diui/
nitate v̓bi ſuſcepta. Qui etiā ardet ⁊ non cō
burit̄. qꝛ mediatoꝛ noſter in ſilitudīe carnis
peccati ſine pctō apparuit. ¶ Yſidoꝛꝰ videt̄
velle qꝛ rubꝰ ſit quedā arbuſtula q̄ gallice d̓ꝛ
botomer. Et d̓ꝛ rubꝰ qꝛ fructꝰ eius vel v̓gul/
tum rubet. Et ideo dn̄s voluit apparere ī ru/
bo. qꝛ de ea n̄ poſſent fieri imagīes. ¶ Ma
ria etiā rubꝰ. arboꝛ paruula. ꝑ ſummā būili
tatem ⁊ ꝯtemptū ſui. q̇ eſt būilitas. Aſpera
ꝑ exercitiū v̓tutum ꝯtra mollicīē ⁊ diſſolutō
nem. Viridis ꝑ fidem vel ꝑpetuā ſanctitatē
vel ꝑ v̓ginitatē. vel qꝛ non emarcuit coꝛpus
eiꝰ ꝑ putrefactōnē. Floꝛida ꝑ v̓ginitatē. Vel
qꝛ ſicut in floꝛe eſt ſpes fructꝰ. ſic in ea ſpes
omīs boni. Unde dicit. In me oīs ſpes vi/
te ⁊ v̓tutis. Eccī. xxiiij. Odoꝛifera ꝑ ſanctaſ
opinionē. Unde d̓ꝛ Eccī. xxiiij. Sicut cina/
momū ⁊ balſamū aromati. ꝛc. ¶ Aculeata
ꝑ multiplicis tribulatōis pūctionē. ⁊ b̄ ma/
xime in filij paſſiōe. Eſt ei rubꝰ genus arbu
ſtule ſpinoſe. ¶ Item xp̄s rubꝰ. aſperitas
rubi. caro moꝛtalis quā de v̓gie ſūpſit. ignis
amoꝛ quē erga nos babuit. Rubꝰ cōburi
viſus eſt nec tn̄ cōbuſtꝰ. bic eſt caro xp̄i que
amoꝛe moꝛtua ⁊ ſepulta viſa eſt. putredini
data cū tn̄ glorioſioꝛ ſurrexerit. Moꝛaliter
rubꝰ incōbuſtꝰ fidelis aīa ꝓbata temptatōe
nō ꝯſūmata. Vn̄ de iuſtis d̓ꝛ Sap. iij. Tā/
q̄ꝫ auꝝ in foꝛnace ꝓbauit electos dn̄s. Au/
rum q̄d ibi eſt nō minuit̄ ſed purius reddit̄
Quod apparuit in pueris in caminū miſ/
ſis. q̇ pueri ibi miſſi ſūt ⁊ purioꝛes exierunt.
Vel ſicut dicit Hiero. in pꝛologo Abacuk. Vel
rubꝰ incōbuſtus malicia increpata nō con

ſumpta. Unde Hiere. vj. Fruſtra cõflauit
ꝯflator. malicie eoꝝ non ſunt ꝯſumpte. Uel
reproba anima flagellata a deo ſed nõ emẽ-
data. Unde Hiere. vj. Fruſtra ꝑcuſſi filios
veſtros diſciplinã nõ receperũt.

Quarta ſtella quinte corone beate virginis eſt ꝙ ipſa comparatur cedro.

Cedrꝰ quoqꝫ ma-
ria. Unde dicit Eccli. xxiiij. Qua
ſi cedrꝰ exaltata ſum in libano. q̃
interꝑtat̃ candor. q̃ eſt oĩm coloꝝ mundiſſi
mus. Cedrus d̃r ex eo ꝙ a grecis cedros vo-
cat̃. quaſi ceomenes droſioron. i. arboris hu
mor ardentis. Et eſt libanꝰ mons quidam
ſignificans chriſtũ montem in vertice mõ-
tium q̃ eſt cãdor lucis eterne Sap. vij. Alij
enim montes. i. ſancti candidi ſunt non can
dor ſed ab ipſo candore candeſcũt. quia ab
ipſo mundant̃ ⁊ de plenitudine eiꝰ accipiũt
In hoc monte p̄ ceteris omnibus btã v̓go
exaltata eſt ſuꝑ homĩes ⁊ angelos tanq̃ꝫ p̄-
cipuũ membrũ in corꝑe ſub capite. Dicit er
go quaſi cedrus exaltata ſum in libano. i. in
chriſto. in mũdo. in celo. in ordine ciſter. q̃a
omẽs ecclĩe illiꝰ ſunt de ipſa. Et bene dicit ex
altata. q̃r de humili ancilla in reginam celi.
de filia dei in matrem dei. Item cedrus ſer-
pentes fugat ⁊ ipa odore nõis ſui ſerpentes
ſpũales ⁊ demones fugat. Maria cedrꝰ
q̃a cedrus arbor procera ⁊ eminẽtiſſima ſu-
per oẽs arbores. Unde ⁊ a quibuſdã d̃r rex
arboꝝ. Et bene cõpetit dignitati marie q̄ in
h̓ ꝙ ipa facta eſt mater dei. nec p̓mã ſiĺem vi
ſa eſt. nec habere ſequentẽ. Jdo dicit quaſi
cedrus exaltata ſum in libano. q̃r ſicut dicit
beatꝰ Berñ. Hec eſt virginis noſtre gloria
ſingularis et excellens p̄rogatiua marie ꝙ
filium vnũ eũdemqꝫ cum deo patre meruit
habere cõmunem. Uel altitudo marie hũi-
litas eiꝰ. q̃r q̃ ſe hũiliat exaltabit̃. Uel altitu-
do eiꝰ fuit a terra elõgatio ⁊ celo approxima
tio. Terra. i. terrena voluptas. terrena opu-
lentia. terrena gl̃a. A p̓ma ſe elongauit ꝑ vir
ginitatem. a ſecũda ꝑ paupertatẽ. a tertia ꝑ

humilitatem. Et ꝑ h̓ tria ſuꝑ omẽs creatu-
ras ꝓpinquauit ꝑ meritũ ad celeſtia ⁊ etna
Arbor annoſa. Licet enĩ in exordio noui
teſtamẽti et in ꝯceptu filij fuerit iuuencula
tamen in figuris veteris teſtamẽti et in pro
phetis quaſi ſenex erat ⁊ annoſa. Unde ſig̃
tur ꝑ ciſternam veterem Geñ. xxxvij. q̃r ĩ eã
miſſus ẽ verus ioſeph in incarnatõe. Yſa. ix
Uerbũ miſit dñs in iacob. i. filiũ ſuũ in ma
riã. Ideo etiã in templis de h̓ ligno ꝓpt̃ du
rabilitatem eiꝰ ſolebãt lacunaria fieri. Ar
bor medulloſa. Unde Eze. xvij. Aq̃la gran-
dis magnaꝝ alarũ longo membroꝝ ductu
plena plumis et varietate venit ad libanum
et tulit medullã cedri. Sic ⁊ maria medullo
ſa ꝑ pĩguedinẽ caritatis ⁊ vbertatẽ pietatis.
Libenter creſcit ꝓpe aquas Numeri. xxiiij
Tabernacl̃a q̄ fixit dñs q̃i cedri ꝓpe aquas
Quia ſpũaliter creuit btã v̓go iuxta aquas
ſcp̄turaꝝ ⁊ grãꝝ ſpũſſancti. Unde dicit de
patre illud pſal. Suꝑ aquam refectõis edu
cauit me. Materia fuit templi. i. corporis
dñici q̄d de puriſſimo eiꝰ ſanḡne ſicut dicit
Damaſ. Fabricatum eſt manu ſapĩe dei et
operatione ſpũſſancti. De q̊ templo Ioh. ij
Soluite templũ h̓. i. ſoluetis. Sed quia do-
mũ dei decet ſanctitudo. oportuit ꝙ ſine cor-
ruptõne ꝯciperet. q̄d competit cedro que eſt
imputribilis. ideo dictũ eſt ei Luc. j. Spũſ-
ſanctus ſuꝑueniet in te. i. ſuꝑ alias mulieres
veniet. quia v̓go ꝯcipies. Propter hoc exal
tatur ſicut cedrus. i. ſicut mater ⁊ v̓go ĩ liba-
no. ſ. manens in cãdore v̓ginitatis. Ita dic̃
xp̄s de ea Can. ij. Sicut lilium inter ſpinas
Et ꝓpter h̓ excellit oẽs mulieres ſicut cedrꝰ
omẽs arbores. Unde. Multe filie ꝯgrega-
ue. diuiti. tu ſuꝑgreſſa es vni. Maria ce-
drus q̃r cedrus magnas ⁊ altas habet radi-
ces ⁊ ꝓfundiſſime radicat̃. vnde in tam im-
menſum poteſt creſcere. Radices eiꝰ paren
tes eius de quibꝰ orta eſt ſ̓m carnẽ abrahã
ieſſe dauid. ⁊c. Yſa. xj. Egrediet̃ v̓ga de radi-
ce yeſſe. Spũales eiꝰ radices excellentiſſime
v̓tutes ⁊ p̄cipue humilitas. ꝑ quam vſqꝫ ad
ꝯceptũ dei creuit. Ideo etiã in aſſũptõne ex-
altata eſt ſuꝑ chorꝰ angelorũ. Precipui
odoris. i. fame ⁊ opinionis. q̃r iugiter lauda

ta ab vtraqꝫ eccl'ia. ⁊ tñ maioꝛ oĩ laude. Vñ
ip̃a Can. j. dicit. Duꝫ eēt rex in accubitu ſuo
nardꝰ mea dedit odoꝛē ſuũ. ¶ Odoꝛe ⁊ ſuc
co fugat ⁊ extinguit ſerpẽtes. Odoꝛ eiꝰ. ſ. ꝙ
v́go ⁊ mater vel ꝙ vniuerſis cariſmatibus
delibuta. A quo odoꝛe fugiunt demones et
predam ſuã relinquũt. i. pctõꝛes q̃s fuerant
depredati. Berñ. Non ita metuũt hoſtes vi
ſibiles quãlibet caſtroꝝ multitudinẽ copio
ſam. ſic aeree p̃tãtes marie vocabulũ patro
ciniũ ⁊ exemplũ. Cedũt ⁊ pereũt ſicut a facie
ignis. ⁊c. Exemplũ de q̃dam muliere q̃ dixit
Sancta maria adiuua me. ⁊ ſtatim fuit a
demone liberata. q̊ eam diu viſibiliter vexa-
uit. ¶ Imputribilis ꝑ v́ginitatē q̃ carnem
ꝯſeruat a putredine ⁊ coꝛruptõe. Vñ v́gini
tas ſignat̃ ꝑ mirrã q̃ ⁊c. ¶ Incõbuſtibilis
ꝑ volũtariã pauptatē. Amoꝛ enĩ tẽpalium
ſi ſit nimius ignis eſt vſqꝫ in ꝑditionē deuo
rans Job. xxxi. Incõbuſtibilis etiã ꝑ man
ſuetudinē ꝯ ignē iracũdie. ¶ Immarceſſi-
bilis quia ſemper manſit incoꝛrupta et ſine
marcoꝛe vicij vel peccati. Etiã in hyeme ꝑſe
cutõis qñ iudei ꝑſequebãt̃ filiuꝫ eiꝰ vſqꝫ ad
moꝛtē nõ ꝓiecit folia patiẽtie. ¶ Sine ver-
mibꝰ fomitis prauoꝝ motuũ ꝯſcĩe. Jdõ di
cit maria de coꝛpe ſuo ⁊ de coꝛpe ſponſi ſui
Can. j. Ligna domoꝝ nr̃aꝝ cedꝛina. laque-
aria nr̃a cipꝛeſſina. Jp̃a enĩ domꝰ cedꝛina
dauid. i. chꝛiſti. de qua legit̃. j. Paral'. xvij.
¶ Semp viret ꝑ v́ginitatē q̃ eſt viroꝛ geni-
tus vel fidei immarceſſibilitatē. vñ compat̃
iaſpidi et ſmaragdo q̊ ſp virẽt. ¶ Creſcit in
libano qui interp̃tat̃ candoꝛ. et deſignat in-
nocentiam mentis et candoꝛem gemine ca-
ſtitatis. ſcꝫ mentis et coꝛpoꝛis.

¶ Quinta ſtella quinte coꝛone bea
te virginis ē qꝛ ip̃ſa dicitur palma.

Palma unde ipſa
dicit. Quaſi palma exaltata ſuꝫ
in cades. Cades interp̃tat̃ ſancta
mutata vel trãſlata. Dicit ergo. Quaſi pal
ma exaltata ſum in cades. Plenitudo ſan-
ctitatis in duobꝰ cõſiſtit. Vnũ eſt rei muta-
bilis ꝯtemptꝰ. aliud amoꝛ dei ĩmutabilis ꝑ-
fectꝰ. Per h̃ aũt duo meruit exaltari. q̊a tẽ-
poꝛalia ꝑfecte ꝯtempſit. ⁊ deũ ꝑfecte amauit
Qui amoꝛ ꝑfectꝰ ſignat̃ in intentiſſimo ru
boꝛe roſe de q̊ ſequit̃. Et quaſi plãtatio roſe
in hiericho. Vel exaltata in cades. i. in illis
q̊ trãſlati ſunt de malo ad bonũ. vel mutati
de bono in meliꝰ. Jtem palma ſm figuraꝫ
coꝛpis ſicut dicũt q̊ palmas viderũt ſimilis
eſt aſperſoꝛio aque bñdicte. Aqua gr̃a ſpũſ
ſancti Jh̃s ſacerdos magnꝰ ſm oꝛdinē mel
chiſedech hoc aſperſoꝛium. id eſt. beatam
virginem apprehendit. quia in ipſa ſemen
abrahe apprehẽdit. Heb. ij. Et ip̃ꝫ aſperſoꝛiũ
aqua ꝑdicta replens. vnde dicta eſt gr̃a ple-
na. ꝓplm vndiqꝫ aſperſit ſicut ꝓmiſerat Eze.
xxxvj. Effundã ſuꝑ vos aquam mundam
ab effectu. ſ. q̊a de plenitudine eiꝰ oẽs accepi
mus. Joh. i. ¶ Centenaria facit fructuꝫ ru
bicundũ. q̃ ſcꝫ poſt deſperatã ſenectutē. ⁊ be
ata v́go licꝫ etate tp̃is iuuenis in figuris tñ
⁊ ꝓphetis annoſa. fructum tulit benedictuꝫ
⁊ dulcem. in cruce aũt rubicundũ ꝑ quinqꝫ
milia annoꝝ a fidelibꝰ expectatũ. ¶ Arboꝛ
ſuccincta. ſic ⁊ ip̃a ꝑ votũ v́ginitatis. Vnd̃
Prouerb. xxxi. Accinxit foꝛtitu. lum. ſuos.
¶ Amariſſima eſt ⁊ hoꝛrida in radice. et id̃
dulciſſima in fructu. ¶ Dicit̃ enĩ ꝙ natura
arboꝝ eſt ꝙ q̃nto radix amarioꝛ tãto fructꝰ
dulcioꝛ. Maria egreſſa eſt de radice iudeo-
rum q̃ deo ſuo erat gens amariſſima. ſicut
dꝛ Hiere. ij. Scito ⁊ vide qꝛ malũ ē ⁊ amaꝝ
reliquiſſe te dñm deũ. ⁊c. Et paulo poſt ſm
aliã tranſlationē. Q̃uõ cõuerſa es mihi in
amaritudinē vitis aliena ¶ Diuturna i fo
lijs. i. in v́bis. qꝛ v́ba eiꝰ poſita in euangelio
nunq̃ꝫ deficient ab eccl'ia dei. nec aliquod v́-
bum eiꝰ defluxit ad tempalia. ſicut dicit̃ d̃ ſa
muele. j. Reg. iij. ¶ Specioſa in floꝛibꝰ ex-
emploꝛũ ⁊ v́tutum. qꝛ floꝛes palme copioſi
⁊ iocundi. ⁊ floꝛes marie honoꝛis ⁊ honeſta
tis Eccli. xxiiij. ¶ Suauis in fructibꝰ Fru
ctus enĩ eiꝰ quos colligimus in p̃nti. ſuaui-
tas miſerationũ eiꝰ. Vel fructus eiꝰ ſacra-
mentũ filij q̃ dulciſſimũ ferculũ eſt digno re
cipienti. Vnde ſponſa Can. ij. Fructus eiꝰ
dulcis gutturi meo. ¶ Arboꝛ victoꝛioſa et
deſignans victoꝛiã qꝛ mundũ paupertate.

carnem v̓ginitate. dyabolū vicit humilitate ¶ Honorant̄ victores ⁊ coronant̄. Unđ marie dr̄ Yſa. lxij. Eris corona glīe in manu domini. ⁊ diadema regni in manu dei tui. fructu enim huiꝰ palme cibabunt̄ qui vicerint Unde Apocal̄. ij. Uincenti dabo edere. ꝛc. ¶ Quanto inferiꝰ in radice plus premitur tanto ſuperiꝰ in ramis ⁊ frondibꝰ exaltatur Et q̄ꝛ ipſa cum filio de torrente in via bibit. cui cōmortua eſt cōpaſſione. propterea exaltauit caput in ſua aſſumptōne. ¶ Stricta gracilis hiſpida ⁊ aſpera inferiꝰ. Dedit eniꝫ illi dominꝰ panem artum ⁊ aquam breuem Yſa. xxx. Ecce ſtrictura. Gracilitas paupertas. q̄ꝛ fuit ſimul in vnū diues in ſp̄ualibus ſed paup̄ in temporalibꝰ. Hiſpida. q̄ꝛ inculta. vel hiſpida q̄a filij paſſionibus ⁊ miſerijs afflicta. Aſpera ⁊ quaſi quibuſdam aridis corticibꝰ inuoluta. q̄ꝛ ꝓpter v̓ba labiorꝫ dn̄i id eſt. vtriuſq̄ꝫ teſtamēti cuſtodiuit vias duras. E cōtrario in ſupioribꝰ ſcꝫ ramis frōdibus ⁊ cacumine dilatata groſſa plana ⁊ ſpecioſa. De p̄mo dicit ipa. Et ambulabā in latitudine. ꝛc. Que ſurſum eniꝫ ſunt queſiuit non que ſuper terrā. Col. iij. De ſcđo ꝓuerb. xiij. Eſt quaſi diues cum nihil habeat. et eſt quaſi paup̄ cum in multis diuitijs ſit. De tertio Can. vij. Quaꝫ pulcra es et q̄ꝫ decora in delicijs. Statura tua aſſimilata eſt palme ꝛc. Que ſicut dicit Greḡ. gracilis in imo iuxta fructum. i. in ſupioribus groſſeſcit. Nam ipa prius humilima modo glorioſiſſima eſt ad filij dexterā collocata. Omnes rami eiꝰ ſurſum erigunt̄. q̄a q̄cq̄d boni habuit deo attribuebat dicens. Fecit michi magna qui potens eſt.

¶ Sexta ſtella quinte corone beate virginis eſt q̄ꝛ ipſa dicitur cipreſſus.

Cipreſſus Unde dicit. Et quaſi cipreſſus in monte ſyon. Mons ſyon eccleſia. vt ſyon ſignificet eccleſiam militantem. in qua deꝰ videt̄ p̄ ſpeculum in enigmate. Mons ſyon eccleſiā triūphantem. Syon enim interp̄tat̄ ſpeculum vel ſpecula. Exaltat̄ ergo in monte ſyon beata v̓go. i. in eminētia vtriuſq̄ꝫ eccľie. q̄a btām me dicent omēs generationes angelorꝫ ⁊ hoīm Ephes. iij. Ex q̄ oīs paternitas in celo ⁊ in terra nomiat̄. Uel ī monte ſyon. i. in eminentia ſpeculationis. Aliter. Cipreſſus arbor eſt medendis apta corpibus. Syon interp̄tat̄ ſpeculum. quod ſcꝫ ſpeculū homini reddit imaginem ſuam. Deformatus erat homo per peccatū quod ei abſtulerat imaginem dei ad quaꝫ factus erat. ſed p̄ beatam v̓ginem q̄ eſt fons gratie reformata ē ī hoīe imago dei p̄ grāꝫ. Maria cipſſꝰ q̄ꝛ cipreſſus arbor eſt medicinalis et medetur corporibus. Et maria medicinalis eſt. q̄ꝛ genuit ſalutem animarū fidelium chriſtum. ſ. medicum vulneruꝫ noſtrorum. Unde Eccli. xxxviij. Altiſſimꝰ. i. pater creauit de terra medicinam. Unde dicit Yſido. xlv. de filio. Ego dn̄s creaui eum hominem de terra. i. beata v̓gine. medicinam. i. xp̄um qui languores noſtros tulit. Yſaie. liij. Cōſolidat herinoſos quibꝰ interiora deſcēdūt inferiꝰ. Et exempla marie conſolidant nos ne per cupiditatem p̄ijciamꝰ in terram interiora noſtra Eccli. x. de cupido. In vita ſua p̄iecit intima ſua. ¶ Complexione calida p̄ dilectionē qua filium diligit et creaturas eius et oīa ꝓpter ip̄m. ¶ Sapore amara. q̄ꝛ multum amaricata eſt in filij paſſione. Unde competit ei illud Ruth. j. Ne vocetis me noemi. i. pulcraꝫ. ſed vocate me maram. i. amaram. q̄ꝛ valde repleuit me omnipotēs amaritudine. ¶ Colore ſubrufa. Caro enī chriſti rufa fuit p̄ ſanguineam paſſionem. Unde ſignatus eſt p̄ equum rufum. Zach. j. Et ipſa ſubrufa per compaſſionem Nam ſp̄ualiter paſſa eſt in filio. ¶ Odorifera vt ſupra de cedro. ¶ Recta p̄ dilectōeꝫ. Unde recti diligunt te Can. j. Recta etiam q̄ꝛ nunq̄ꝫ inclinata p̄ amorē mundanū. vel aliquod peccatum. Uel recta per pauptatē que eſt rectitudo anime. diuitie v̓o faciunt tortuoſum. ¶ Durum habet fructū xp̄um ſcꝫ q̄ durus eſt in ſacramento indigne accedentibus Joh. vj. Durus eſt hic ſermo. ¶ Membra mollia indurat et confirmat.

Unde oramꝰ eã3. Succurre miſeris. iuua
puſilla. ⁊ hmõi. ¶ Fluxũ ſagñis reſtringit
Et maria cipreſſꝰ eſt aĩe emorroiſſe. qꝛ deſic
cat venas mortis Oſee. xiiij. ¶ Nullo ĩpul/
ſu. nulla vetuſtate comã deponit. i. virtutes
q̃bꝰ ornat xp̃m caput ſuũ ei totũ attribuen/
do cũ dicit Fecit mihi mag̃ q̇ potẽs ẽ. Ipa3
enĩ nec extulit felicitas nec depreſſit afflictio
¶ Maria cipreſſꝰ q̃ coma eiꝰ tẽdit in conũ.
vñ ⁊ dꝛ cipſſꝰ conifera. Cipſſus eĩ grece ap/
pellat̃ conos eo ꝙ caput eiꝰ a rotũditate eri/
gat̃ ĩ cacumĩe. ⁊ imitat̃ formã coni ⁊ fructꝰ
eiꝰ dꝛ conꝰ. Per hãc etiã comã deſignatur
marie v̓ginitas cui debet̃ aureola. vnď ⁊ de
pingit̃ coronata. ¶ Lignũ eius ⁊ fructus ⁊
folia medicinalia ſũt. S3 in fructu eiꝰ q̊ xp̃s
ſignat̃. i. in pomis p̄cipue ꝯſiſtit v̓tꝰ medici/
ne. qꝛ ip̄e op̄atꝰ eſt ſalutẽ ĩ medio t̃re. ¶ Fo
lia etiã eiꝰ fructus ⁊ frondes. i. v̓ba opa ⁊ exẽ
pla ſũt ĩ medicinã p exemplũ ſapĩe eiꝰ. Sũt
in cibũ in filij ſacramẽto. ſunt etiã in vmbrã
⁊ ꝓtectionẽ q̊ ad frondes in q̃bꝰ h3 venuſta
tẽ p exemplorꝫ honeſtatẽ. ¶ Dicit̃ fuiſſe q̃dã
pars crucis dñice vic3 lignũ infixũ in rupe
qď portabat totã crucẽ ¶ Ad multos vſus
neceſſaria. Inde enĩ ſũt tabule ad ſcribẽdu3
manubria cultellorꝫ ad ſecandum. ⁊ hmõi.
Sic ⁊ ipſa nobis in diuerſis neceſſitatibus
auxiliatrix ⁊ ꝓdeſt. Nam ip̄a oibꝰ oĩa facta
ẽ. vt q̃ntũ in ſe ẽ lucrifaciat vniuerſos. j. Cor.
ix. ¶ Oneribꝰ ſupportãdis aptiſſima. qꝛ in/
frãgibilis ⁊ nũq̃3 oneribꝰ cedit. ſ3 ſub eis per
petua ſtabilitate ꝑdurat. Similit̃ ⁊ maria
nũq̃3 ceſſit oneribꝰ tribulationũ q̃s patieba
tur in filio. Per caritatẽ v̓o q̃ oĩa ſuſtinet. j.
Cor. xiij. infatigabiliter ⁊ q̃i infrãgibilit̃ hu
mane infirmitatis in nobis onera ſuſtinet
⁊ ſupportat. Unde cum apl̓o di. Quis infir
matur et ego non vror.

¶ Septima ſtella quinte corone be
ate virginis marie eſt qꝛ ipſa dici/
tur libanus.

Libanus. Unde
Ecc. xxiiij. dicit maria. Quaſi li/
banꝰ nõ inciſus vaporaui habi/
tationẽ meã. Nota ſicut dicit Cantua. ꝙ hic
libanꝰ dꝛ p mõte. h̓ libanꝰ dꝛ p arbore. Sed
p methonomiã poſuit auctor nomẽ mõtis
p arbore creſcẽte in mõte. Idõ ſupra de ar/
bore dꝛ libanus nõ inciſus. cũ deberet dici li
banꝰ nõ inciſa. Libanꝰ mons q̃dã eſt feni/
cũ terminꝰ iudee ꝯtra ſeptẽtrionẽ. cuiꝰ arbo
res ꝓceritate ſpecie ⁊ robore ceterorꝫ ſiluarũ
ligna p̄cellũt. Hoc monte btã v̓go ſignat̃ ꝓ
pter v̓tutũ eminentiã. Ipa enĩ terminat iu
deã q̃ interp̄tat̃ ꝯfeſſio. ꝯtra ſeptẽtrionẽ q̊ ſi/
gnat̃ dyabolꝰ. qꝛ ip̄um miſericorditer arcet
a mẽtibꝰ vere ꝯfitentium. Sicut ãt arbores
hꝰ montis omẽs alias excedũt ꝓceritate ſpe
cie ⁊ odore. ſic v̓tutes v̓ginis omẽs virtutes
aliorꝫ ſanctorꝫ. In ꝓceritate v̓tꝰ ꝯtemplatio
nis vel ſcã deſideria. In ſpecie v̓ginitas vel
ſancta exempla. In robore caritas fortis vt
mors hũilitas ſupportans omnẽ v̓tutem et
v̓tus patiẽtie figurant̃. ¶ Libanꝰ aũt q̃nq3
accipit̃ p monte vt dictũ eſt. q̃nq3 ꝓ arbore
creſcẽte in monte vt ſupra. ⁊ ſm vtrũq3 mo/
dũ interp̄tat̃ candidatio. Q̃nq3 v̓o accipit̃
ꝓ thure. qꝛ libanꝰ grece thus latine. Thus
enĩ gummi eſt illiꝰ arboris q̃ libanꝰ appella/
tur ⁊ de tribꝰ his ꝓſequemur. ¶ Noĩe igit̃
mõtis libani deſignat̃ tam generoſa celſitu
do marie q̃3 excellẽtia partꝰ eius. Per h̓ aũt
ꝙ dꝛ ď libano arbore q̃i libanꝰ non inciſꝰ illi
bata eiꝰ v̓ginitas. p h̓ ꝙ ſeq̇t̃ vaporaui ma/
tris fecũditas deſignat̃. Eſt ergo dicere va/
poraui habitatõe3 meã. i. chriſti hũanitate3
in qua habitauit cũ hoibꝰ in modũ aroma
tici vaporis exalaui. Sicut enĩ terra vel or/
tus exalat vaporẽ. vt hmõi exalatõne nõ ſci/
dat̃ aut corrũpat̃. Sic btã v̓go genuit ſalua
torẽ vti ea v̓gitas illibata ſeruaret̃. ¶ Aliter.
Libanꝰ nõ inciſus eſt thus integrum. q̊d ſi
igne tangat̃ vaporẽ ſuũ ſurſũ emittẽdo ma/
nifeſtat habitationẽ ſuã. Sic btã v̓go p dile
ctionẽ q̃i p ignẽ inflãmata. p dilectionẽ ope
rando. ⁊ tam opa p̄cepti q̃3 ꝯſilij ad deũ refe
rendo oſtẽdit ꝙ ꝯuerſatio ſua in celis erat.
Phil. iij. p purã intentionẽ. Unde dicit ſu/
pra. Ego in altiſſimis habitaui p mentis in
deũ eleuationẽ. Uaporaui habitatõe3 meã
id eſt. chriſtũ q̊ eſt habitatio mea. Fuit eni3

chriſtus habitatio v̓ginis actiue ⁊ paſſiue.
Actiue. q2 in ea nouem menſibꝰ corporalit̄
habitauit. ¶ Paſſiue. q2 btā v̓go ſicut ⁊ om̄eſ
iuſti ſpūaliter habitant in eo. vnde Actuū
xvij. dicit aplus. Ipe eſt in q̊ viuimꝰ moue-
mur et ſumꝰ. ¶ Aliter de libano. Libanꝰ ē
arbor thuris. vnde naſcit̄ olibanū. i. lucidiſ-
ſimū incenſum. et interp̄tat̄ candor ⁊ ſigni-
ficat candorem v̓ginitatis. Chriſtus autē
q̄ oblatus eſt patri feruore paſſionis incen-
ſus in odorem ſuauitatis p̱ gummi huius
arboris deſignatur. Et dicitur caſtitas ma-
rie libanus non inciſus. q2 ſine leſione v̓gi-
nitatis concepit ⁊ peperit ſaluatorem. Alia
rum enī coniugatarū caſtitas libanꝰ inciſꝰ
eſt. q2 opere virili concipiūt. Sed maria ſi-
cut libanus non inciſus. ſuum gummi pro
tulit. id eſt. filium non inciſa. Vel libanꝰ vt
aiūt arbor eſt in Arabia cortice ⁊ folio lau-
ro ſimilis ſuccum amigdali modo emittēs
q̄ bis in anno colligitur. ſcilʒ in autumno ⁊
vere. Sed autumnali collectioni preparat̄
inciſo cortice in eſtatis feruore p̱ſiliente ſpu
ma pingui que concreta denſatur. ⁊ hoc eſt
thus candidum. Quando vero non ſcidit̄
arbor concretum eſt in ea thus ſuauiſſimū
et in ſe ſuum retinet odorē. Dicit ergo ma-
ria quaſi libanus non inciſus vapo. habi.
meam. quia conuerſationem ſanctā in mē-
te conglomeraui. Non emiſi p̱ inciſionem
adulationis vel ſuperbie. ſed in me concre-
tam abſcondi vt vaporarem ſuauiter habi-
tationem mentis domino et nō impudenē
promulgarem populo. ¶ Item aliter. Li-
banus nomen montis eſt q̄ paſcualis eſt et
ferax herbarum. et ibi nutriebant̄ vituli ī ſa-
crificio offerendi. Unde. Et cōminuet eos
tanq̄ʒ vitulum libani. id eſt. humiliabit. adeo
vt parati ſint immolari pro chriſto qui pri-
us per ſuperbiam erant quaſi cedri. Vel q2
libanus ſonat thus in greco. Et ſignat ī bea
ta virgine gratiarum actionē de impenſis
ſibi beneficijſ. Unde dicit. Magnificat ani
ma mea dominum.

¶ Octaua ſtella quinte corone bea
te virginis ē q2 ipſa dicitur platāꝰ.

Et platanꝰ. Eccli.
e xxiiij. dicit maria. Quaſi plata-
nus exaltata ſum iuxta aquam
in plateis. Platanus latis folijs vmbram
faciens exterius. refrigerat aquam interiꝰ
Homo vero dupliciter exeſtuat. exterius in
tribulationibus. interius in temptationi-
bus et concupiſcentijs. Ut ergo in beata v̓-
gine plenum oſtendatur refrigerium pla-
tanus dicitur iuxta aquas. quia cōtra eſtū
exterioris tribulationis et interioris concu-
piſcentie ſeu temptationis remediū preſtat.
Et per hoc digna eſt exaltari ⁊ laudari ī pla
teis. id eſt in populis. ¶ Maria platanꝰ.
quia platanus a platos grece dicitur quod
eſt latitudo latine. Vel quia eſt arbor patu-
la que expanſis ramis vberem facit vmbrā
et idoneum prebet vmbraculum calore ſo-
lis nimium fatigatis. Sol chriſtus cuius
ſolis feruor ira iuſticie eius et vindicte. quā
ſcilicet iram ipſa ſuis temperat precibus a
peccatoribus deuote et fideliter exorata. Et
nota vbi ſunt folia lata ibi eſt vmbra mag̃.
Et magna eſt vmbra protectionis eiꝰ. Nā
protegit contra carnalem ꝯcupiſcentiaʒ. q2
virgo contra ventum mundane vanitatis
quia humillima ꝯtra temptamenta diuitia
rum q2 pauperrima. contra feruorem ſolis
quia mater ſolis iuſticie. Diligas ergo ma
riam et ſeruias ei vt non vrat te ſol per diem
neqʒ luna per noctem. ¶ Arbor eſt ſterilis
a fructu. Et maria vouens virginitatē p̄ele
git ſterilitatem q̄ʒ concubitꝰ feditatē. Unde
de ipā dr̄ Sap. iij. Felix ſterilis ⁊ incoinqui
nata ꝛc. habebit fructum ꝛc. ¶ Similis vi-
ti in folijs. Et maria in moribꝰ ſimilis folio
qui eſt vitis vera Johannis. xv. Unde nu
bes que aſcendebat d̄ mari. iij. Regum. xv-
iij. quaſi veſtigium hominis dicit̄ habuiſſe
Oſee. x. Uitis frondoſa iſrael. i. maria. fru-
ctus. i. chriſtꝰ adequatꝰ eſt ei. ¶ Itē ex plata
no fiūt ciphi q̄bꝰ vinū p̱pinat̄ q2 gratiſſima
ē p̄dicatio q̄ fit de btā virgīe. ¶ Arbor mol-
lis ⁊ tenera in folijs q2 pia et cōpatiens pec
catoribꝰ quos inſtruit verbis ⁊ exemplis in
ſpū lenitatis. q2 lex clemētie in lingua eius.

¶ Juxta aq̃s plãtat̃ affectu miſc̃die.i. iux-
ta pctõres fluxibiles ad vicia. Nã ꝓpe ẽ oĩ-
bus ĩuocãtibꝰ ſe ĩ v̉itate. Et iuxta ẽ oĩbꝰ qui
tribulato ſunt corde. Et bñ iuxta aq̃s.i.flui-
dos ꝑſ̃os q̃bꝰ ſp̃ parata ẽ ſubueĩre. Quia
ſicut d̃r Ecc̃.xl. iuxta oẽ3 aquã viriditas. Et
nota ꝙ arbor iuxta aquã copioſe haurit hu
morẽ. vñ accipit virorẽ. Et ipa ĩbis plateis
nõ marceſcit vt tedio pctõꝝ affecta folioꝝ l̃
ramoꝝ.i.orõnũ ſuaꝝ ⁊ patrocinij ſubtrahat
eis ꝓtectionẽ. ¶ Aliter. Juxta aquã ſe dicit
exaltatã nõ ĩ aqua. q2 ꝯiugata fuit ſ3 nõ vſa
ꝯiugio. Jn plateis ciuitatũ vel eccl̃iaꝝ. Alr
Exaltata ſũ a t̃renis ad celeſtia iuxta aquã
id ẽ. iuxta filij mei doctrinã q̃ docuit hũilita
tẽ Mat.xj. di. Diſcite a me. ⁊c. Per quã ſc3
ſapiã3 exaltata ſũ iuxta aquã celeſtis ſapiẽ.
ĩ plateis hierl̃m ciuitatis ſupne. q2 q̃ ſe hũi-
liat exẽplo meo exaltabit̃ Lu.xiiij. ¶ Seq̃t̃.
Jn plateis. Platee ſũt corda iuſtoꝝ dilata-
ta caritate Thobie.xiij. Platee hierl̃m ex la
pide cãdido ⁊ mũdo ſternẽtur. Aqua in pla
tea. grã ĩ corde lato ꝑ caritatẽ ⁊ plano ꝑ ſim-
plicitatẽ. Et in tali corde exaltat̃ maria. Alr
Exaltata ſum ĩ plateis. Jn illis.ſ. q̃ ꝯſtituti
ſũt ĩ latis vijs q̃ ducũt ad mortẽ Treno.iij.
Nõ ſũt cogniti.i. ſũt et̃naliẗ reprobati. q2 in
plateis hmõi q̃ q̃3to fragiliores. tãto ĩdigẽt
miſc̃dia maiori. Et ĩ bis plateis ẽ ipa q̃i pla-
tanꝰ ꝓtegẽs eos miſc̃dia copioſa ne mox ra
piãt̃ ad infernũ ſ3 ad pñiã3 miſericordit̃ ex-
pectant̃. ⁊ ne dyabolꝰ ipos q̃3tũ vell3 puert̃e
ꝑualeat. Uel exaltatã ſe iõ dicit ĩ plateis.i. ĩ
latitudĩe multiplici. q2 v̉go cũ v̉gibꝰ. vidua
cũ viduis. ꝯiugata cũ ꝯiugatis. Uñ dic̃. Et
ãbulabã ĩ latitudĩe. Uel alr. Platanꝰ vt di
ctũ ẽ h3 folia lata. ⁊ maria platanꝰ ẽ q2 abun
dãs ĩ doctrina. Nã cũ ꝑuaret oĩa q̃ d̉ filio di
cebãt̃ ꝯferẽs ĩ corde ſuo Luc̃.ij. ex abũdãtia
cordis Mat.xij. prudẽt̃ ⁊ ſapiẽt̃ poterat loq̃
ap̃lis q̃ ab ipis erãt ſcribenda.

¶ Nona ſtella quinte corone beate
virgis ẽ q2 ipſa dicitur cinamomũ.

Cinamomũ. Un-
de dicit Ecc̃.xxiiij. Sicut cinamo
mũ ⁊ balſamũ aroma. odo. de. ⁊c. Cinomo-
mũ arbor eſt ſic dicta q̃i cãnomomꝰ. q̃a eiꝰ
cortex ad modũ cãne ẽ rotũdꝰ. Cãna hebrai
ce cãna latine. Et cũ frãgit̃ ſpiramẽtũ emit-
tit ad modum nebule vel pulueris. Mirra
creſcit in arabia ⁊ ẽ ſitis ſpine. quã acãtum
dicũt. Sarmẽta eiꝰ arabes ignibus fouent
quoꝝ fumo ſatis noxio niſi ad odorẽ ſtora-
cis accurrant. plerũq3 inſanabiles morbos
ꝯtrahũt. Ubi ãt nos habẽꝰ ſic̃ cinamomu3
alia lrã h3 aſpaltũ ꝓ cinamomo. ⁊ ẽ aſpal-
tum arbor modica ⁊ odorifera rubea vel ru
fi coloris. ſpinas habẽs candidas. de cuius
radice fit vnguentum. Dicit ergo maria ſic̃
cinamomũ ⁊ bal. aro. odo. de. pietatis ⁊ hũi
litatis. q̃ duo in cinamomo ⁊ balſamo figu
rantur. Qui ergo fetet currat ad maria3 vt
pigmẽtet̃ ab ea. Et q̃ñq3 ſumit̃ cinamomu3
pro arbore. q̃ñq3 ꝓ arboris cortice. Primo
ergo de arbore. ſc̃do de cortice videamus.
¶ Jtem cinamomũ arbor creſcit in ꝑegri-
nis et longinquis regionibus ſcilicet in in-
dia ⁊ in ethiopia ad lrãm. Jn quo ſignifica
tur ꝙ vſq3 ad remotiſſimas regiones habet̃
veneratio virginis glorioſe. ſicut ipſa dicit
Luce.j. Beatã me dicẽt omnes generatio-
nes. Maria etiã ab illis q̃ fuerũt flagitioſi
pctõres honorat̃. ⁊ ꝑ miſc̃diam vult ab ipis
honorari. Miſtice regio ꝑegrina vita pec-
catoris. ſicut de filio prodigo dicit̃ Luc̃.xv.
ꝙ ꝑegre ꝓfectus eſt in regionẽ longinqua3
Uita eni peccatoris regio ꝑegrina eſt a do
et a conditione humana. q2 homo nõ eſt fa-
ctus ad peccandum ſed ad ſeruiendum deo
qui nemini mandauit impie agere et nemi-
ni dedit laxamentum peccandi. ¶ Duo-
rum cubitorum et hec proprietas eque cõ-
petit matri et filio. Sicut enim ipſe ſemper
fuit filius dei et manſit filius dei. et cepit ho-
mo eſſe vt vere poſſet dicere. Sum q̊d eram
ſcilicet deus. nec eram quod ſum ſcilicet ho
mo. nunc dico2 vtrũq3 ſcil3 deus et homo.
Sic poteſt dicere maria poſt partũ. Sum
quod eram ſcilicet virgo. nec eram quod ſũ
id eſt. mater. modo dico2 vtrũq3. id eſt. ma-
ter et virgo. Et hi ſunt duo cubiti quibus
marie dignitas mẽſurat̃.ſ. v̉ginitas ⁊ fecun-

ditas. Jdeo dr Eccli. xxvj. Grã ſup grãz mu
lier ſcã ⁊ pudorata. Grã fecũditatis ſup gra
tiã v̾ginitatis. Et nota ſup. qꝛ vtrũqz fuit ex
ſpeciali grã ſpũſſcti. Sed ꝙ facta eſt dei ma
ter ſup oẽz grãm eſt. ⁊ h̾ figurat h̾ ꝓpoſitio
ſup. ¶ Medicinalis. qꝛ ex maria ſũpta eſt
caro xp̃i. qua curatũ ẽ gen⁹ hũanũ Ecc. xxx
viij. Altiſſim⁹ creauit de terra medicinã. ⁊c.
Unde ſup illo' Heb. vij. vbi dr ꝙ Leui deci
mat⁹ eſt ꝑ abrahaz. dicit glo. ꝙ xp̃s nõ traxit
ex matre fetorẽ vulneris ſʒ materiã medica-
minis. ¶ Tenuiſſimas ⁊ ſubtiles dr habe-
re v̾gulas ⁊ ſurſum tẽdẽtes. q̃ q̃i in ſeip̃as re
plicãt. qb⁹ deſignãt cogitatõnes v̾gis ſuper
oẽs alios ſctõs ſpũales ſublimes ⁊ ſubtiles
⁊ ad deũ tendẽtes. Urgule iſte in ſeip̃as re
plicabãt. qꝛ marie cogitat⁹ ꝑ ſui diſcuſſiõez
ad ſeip̃am reciprocabant. Und dixit. Ecce
an. ⁊c. Ecce replicatio. Jtem Lu. ij. Maria
conſeruabat omnia conferens in corde ſuo
Ecce v̾gaꝝ collectio. Aliter Tenuitas ⁊ ere
ctio v̾gaꝝ deſignãt in ea tenuitatez paupta-
tis ⁊ erectõnez a terrenis. ¶ Jtẽ cinamomi
cortex robuſt⁹ q̃ deſignat in btã v̾gie v̾t⁹ pa-
tiẽtie. q̃ tribulatõib⁹ pluuiaꝝ grãdinũ ⁊ ven
toꝝ obijcit̃. ne ſpũalis viroꝛ areſcat. Aſſig̃
de patia marie. Et dr iſte cortex tricoloꝛ eſſe
ſcʒ cinereus vel ſubniger. vel ſm phiſicos ci
trin⁹. Fuit etiã coloꝛ v̾gis q̃i cinere⁹. i. deſpe
ctus vel ꝓpter pauptatẽ. vel qꝛ corrupta re-
putabat̃ a iudeis. Un̄ dicebãt de filio eius
Mat. xiij. deſpectiue. Nõne h̾ ẽ fabri filius
Nõne mater ei⁹ dr maria. ⁊c. Subnigra ãt
fuit in afflictõib⁹ q̃s fili⁹ ei⁹ ſuſtinuit añ paſ
ſionẽ. Subrufa ãt vel q̃i citrina ꝑ ꝯpaſſiõez
in filij paſſione. ¶ Rotund⁹ ⁊ ſubtilis. q̃a
maria conuerſatõnis celeſtis ⁊ ſubtilis ſub
ſtãtie ꝑ carnis maceratiõnẽ. pauptatẽ hũili
tatẽ ⁊ ꝯtẽplatõz. q̃ die noctuqz occupabat̃. ⁊
mẽte ad deũ eleuabat̃. ⁊c.

¶ Decima ſtella quinte corone bea
te virginis marie eſt qꝛ ipſa mirra
nominatur.

Mirra Eccli. xxiiij
Quaſi mirra electa dedi ſuauita-
tem odoris. Mirra eſt arboꝛ in
arabia q̃nqz cubitis creſcens in altum. odo
rifera. albe ſpine ſimilis. guttam quandam
diſtillat que viridis eſt ⁊ amara. que gutta
dicitur ſimiliter mirra quãdoqz inciſo cor-
tice q̃nqz ſine corticis inciſiõe. Que etiaz ta-
lis eſt v̾tutis ꝙ corpa mortua q̃ ip̃a ꝑungũ
tur a putredine vermib⁹ ⁊ fetore dr ꝯſuare.
Que ſponte manat precioſioꝛ eſt et dicitur
mirra electa. Que vero ꝑ inciſionem corti-
cis emanat vilioꝛ eſt et minoris efficacie.
Hec etiam gutta medicinalis eſt. ¶ Cõpa
ratur autem ſapientia mirre electe. quia do
cet ſpontaneam carnis mortificationez. di-
cens ad Colo. iij. Mortificate membra ve-
ſtra ⁊c. Docet etiam ꝑfectam continentiaz
que eſt mirra electa ſi ſit voluntaria. Ad de
preſſionem carnis communia ſunt amari-
tudo penitentie et continentie. Et hec duo
dant alijs odorem. quia edificant. Non ta-
men dant ſuauitatem odoris niſi ſit mirra
electa. id ẽ. penitentia et cõtinentia volunta-
ria. ¶ Dicit etiam maria. Quaſi mirra
electa dedi ſuauitatem odoris. Maria mir
ra. quia mirra arboꝛ in Arabia. que inter-
pretatur veſpera vel occidens. Mirra in-
terpretatur amaritudo. Maria mare ama
rum propter multas amaritudines quas
ſuſtinuit in filio. Fuit autem arboꝛ mirre
in veſpera paſſionis filij. Fuit enim arboꝛ
leticie quando dixit. Exultauit ſpiritus me
us in deo ſalutari meo. Sed amaritudinis
quando occidit ſol iuſticie. ¶ Arboꝛ eſt
quinqz cubitorum quibus creſcit in altum
Hi cubiti ſunt mundatio in vtero. vnde ab
omnibus celebratur hoc feſtum natiuitas
annunciatio. purificatio. aſſumptio. vt pri
mus cubitus ſit interſticium temporis in-
ter mundationẽ ⁊ natiuitatem. et ſic de alijs
¶ Spine ſimilis. per ſpinas intelliguntur
peccatores. Unde Maria apparuit quaſi
ſpina quando legem datam de mulieribus
que de viris conceperant et conſuetudinez
obſeruauit. ¶ Guttam diſtillat que viri-
dis eſt et amara. Gutta iſta Chriſtus filius
Marie viridis. qui coloꝛ refertur ad ce-
leſtia. quia Chriſtus de celo venit in vir-
ginem. amaritudo refertur ad paſſionem.

¶ Maria igiť eſt arboꝛ mirre. cuiꝰ arboꝛis
gutta xp̄us dñs. Veruntñ qꝛ ſm qđ hꝰ lrã le
giť de btã v̓gine. btã v̓go cõpať gutte mirre.
¶ Notandũ ergo ꝙ mirra arboꝛ deſignat
iudeã ꝓpť amaritudinē pctoꝝ. Cui dꝛ Hie-
re. ij. Q̃uo ꝯuerſa es in amaritudinē vitis
aliena. noſtra lrã hʒ in prauũ. Hec arboꝛ in
arabia fuit tp̄e btē v̓gis. qꝛ tēdebat ĩ defectũ.
Quinqʒ cubitos hꝰ arboꝛis faciebāt regnũ
⁊ ſynagoga. Que ſynagoga ſic dicit Greğ.
de q̃ttuoꝛ āgulis domꝰ filioꝝ iob diuiſa erāt
in q̃ttuoꝛ. ſ. ꝑncipes ſacerdotũ. ſcribas. ſenio
res ꝑpli. ⁊ phariſeos. ⁊ oēs hi erāt ſił'es ſpine
ꝑ mltas pctoꝝ pũctões Ab hac arboꝛe efflu
xit q̃i gutta mirre btã virgo vt poſſit dicere.
Sic mirra elctã dedi ſuaui. odo. Cetera ſm
hũc ꝓceſſuʒ a ſupioꝛibꝰ colligāť. Dicitꝛ ergo
maria mirra elctã. Illa āt mirra ē electa q̃ ſi
ne vulnere manat ab arboꝛe. ⁊ illã amaram
carnis moꝛtificatõʒ deſig̃t quã ꝓfert aĩa nul
lo pctĩ vulnere ſauciata. Talē mirrã diſtil-
lauit btã v̓go q̃ lʒ pctĩ vulnꝰ ñ hrēt. ſeipſaʒ tñ
multiplr moꝛtificare curauit. Et talis moꝛ-
tificatio ſiue mirra ꝓpť deũ ē. Vñ ipſe dicit
Can. v. Meſſui mirrã meã. ⁊c. Et hꝰ ē mirra
ꝑma ⁊ ꝓbatiſſima ſicut ibidem dꝛ. Et mirra
electa vt ſupra. Minus enĩ precioſa eſt pe-
nitētia pctoꝝ q̃ʒ pnĩa iuſtoꝝ Et nota ꝙ dñs
meſſuit mirrã iſtã ĩ ſua aſſũptiõe. ⁊ iõ iuſtũ
erat vt ĩ mēſe auguſti qñ metũť ſegetes cele
breť aſſũptio eiꝰ. Itē maria ꝯpať mirre. q̃a
ſicut mirra coꝛpa inde puncta ſuat a coꝛru-
ptõe. ſic maria ꝑ grãʒ meritoꝝ exēploꝝ ⁊ oꝛõ
nũ ſuaꝝ ſuat familiares ſuos a coꝛruptiõe
luxurie. Mirra ꝓbata caſtitas ꝯiugalis. ꝓ
batioꝛ ꝯtinentia vidualis. ꝓbatiſſima caſti
tas v̓ginalis. quã ipa ꝑ ceteris elegit ĩ exter-
miniũ legis q̃ v̓ginitatē habebat oꝑprobrio.
Ideo ipa dicit Can. v. Digiti mei pleni ſũt
mir. ꝓba.

¶ Undecima ſtella quinte coꝛone
btē virginis eſt qꝛ ipſa balſamꝰ no-
minatur.

Balſamus. Balſa
mus arboꝛ. balſamuʒ liq̃r. Nota
ꝙ btã v̓go bis ſe cõparat balſamo
Ecc. xxiiij. Primo cũ dicit. Sicut cinamo. ⁊
bal. aro. o. d. Scd̓a dicit Quaſi balſamũ nõ
mixtũ odoꝛ meꝰ Et in hꝰ notať vtꝰ ꝑſeueran-
tie. Et d̓ duobꝰ pariť aſſignabimꝰ. Per bal
ſamũ aromatiſans caritas v̓gis. Nã ſicut
odoꝛ balſami oēs excedit odoꝛes. ſic eiꝰ cari
tas oĩm ſcõꝝ vniuerſas v̓tutes ⁊ moꝛe bal-
ſami ſua caritas odoꝛē lõge extendit. Ad ſu
perna. ſ. ꝑ ꝑfectũ deſideriũ eternoꝝ ad inferi-
oꝛa ꝑ ꝑfectã miſcd̓iaʒ ⁊ cõpaſſionē pctõꝛuʒ.
Et ꝓpť hꝰ ipa dꝛ v̓gula fumi. ⁊ eiꝰ caritas eſt
ignis quē xp̄s venit mitťe ĩ terrã Lu. xij. i. in
btãʒ v̓ginē. ⁊ ꝑ ignē rubi quē viderat moiſes
Exo. iij. Ignis in rubo. caritas ĩ fragili car-
ne. Propť hꝰ cũ btã v̓go ſit apoteca ſingula
rũ ⁊ vniuerſaꝝ v̓tutũ ⁊ habeat ignē feruētiſ
ſime caritatis. neceſſe hʒ odoꝛē ſuũ ꝓcul dif-
fũdere. ⁊ id̓o caritas ipiꝰ balſamum dꝛ aro-
matiſans Iteʒ bene caritas balſamũ. qꝛ ma
rie caritas nũq̃ʒ excidit. ſicut balſamũ coꝛpa
ꝯſeruat a putredĩe ⁊ ea facit durabilia. Bñ
etiã hꝰ balſamũ aromatiſans. qꝛ caritas ĩ ce-
teris v̓tutibꝰ opať q̃ ſũt q̃i materia eiꝰ Bene
etiã dicit. odoꝛē dedi nõ vēdidi. Volens vt
oēs gratis guſtēt odoꝛē ipiꝰ ⁊ currãt ĩ odo-
re vngentoꝝ ſuoꝝ. Ideo dicit cũ ſapientia
Prouerb. ix. Si q̓s eſt paruulꝰ declinet ad
me. ⁊c. Dicit ⁊ cũ filio. Yſa. lv. Venite emite
abſqʒ argento ⁊c. Et hoc eſt odoꝛem dedi.
Maria ſignificať ꝑ balſamũ vt dictũ eſt. qꝛ
odoꝛes excedit oĩm angeloꝝ ⁊ ſcõꝝ ſicut bal
ſamũ odoꝛes oĩm aromatũ. Non mixtum
ſed puriſſimũ. qꝛ nullam habuit contrarie-
tatis admixtionē. Nam in ea ⁊ ꝑ eam facta
eſt excluſio totiꝰ maledictõnis quã Eua in
duxit in mũdũ. Vnde dictũ eſt ei Aue. Et ꝑ
ipam ⁊ in ipam venit plenitudo totiꝰ bñdi-
ctionis. Vnde dicta eſt grã plena. et de ple-
nitudine illa nos oēs accepimꝰ Iohannis
ꝑmo. Et ſi non accipimꝰ non ſtat per illam
ſed per nos. Ideo odoꝛ marie. id eſt. delecta
bilis et iocunda opinio ſanctitatis eiꝰ com-
paratur balſamo non mixto ſed puriſſimo
Miſcetur balſamum ⁊ coꝛrumpiť atqʒ ad-
ulteratur oleo ciprino vel melle. Sic vite ſa
ctitas coꝛrumpiť cum geriť pro oleo laudis
humane. Sed maria dicebat cum Dauid.

Oleū pctōꝛis nō īpinguet caput meū. Uel p acq̄rendo melle delectatōis carnal' vl' mū dane. q̄ eſt illa meretrix de q̄ dr̄ puer. v. Fa/ uus diſtillās labia meretricis. Sed maria ꝯtemnēs oēs carnales ꝛ mūdanas delicias ſpūalib⁹ tantū adheſit delicijs. Itē ido odo/ rē ſuū ꝯpat balſamo. q2 ſicut balſamū facit corpus mortuū ſi inde pungat̄ videri q̄i vi/ uū ꝛ nulla putredine pmittit illud corrūpi. ſic odoꝛ miſcōie v̇tutū ꝛ exemploꝝ marie fa cit p peccatū mortuos in ſpem venie reſpira re. Sicut ergo q̄i bal. nō mix. odoꝛ me⁹. q̄i. d. Quācūqꝫ v̇tutē hꝫ balſamū purū ꝛ meruꝫ ad ꝯſeruandū corp⁹. hꝫ odoꝛ me⁹ ad aiaꝫ vi uificādā ꝛ ꝯſuādā a putredīe vicioꝝ. Per/ ducit etiā amatores ꝛ ſeruiētes ſuos ad glo riā reſurrectōis q̄ incorruptibilitatē veram tribuit corpoꝛib⁹ mortuis. Yſidoꝛ⁹ ſic di/ cit de balſamo. Balſam⁹ arboꝛ ſilis viti ī ſti pite. folijs ſilis rute ſed albidioꝛib⁹ ſpqꝫ ma nētib⁹. Arboꝛ dr̄ balſamū vl' balſam⁹. lignū ei⁹ dr̄ xilobalſamū. fruct⁹ vel ſemē carpobal ſamū. ſucc⁹ opobalſamū. Qd ideo cū adie/ ctione ſignificat̄. q2 pcuſſus ferreis vngulis cortex ligni per cauernas odoꝛis eximij gut tas diſtillat. Cauerna ei̇ grece ope dr̄. Gut/ ta ei⁹ adulterat̄ admixto oleo ciprino l' mel/ le. Sꝫ ſincera pbat̄ a melle ſi cū lacte coagu lauerit. ab oleo ſi aque inſtillata vl' admixta facile reſoluat̄. Item ſi lanee veſtes ex ipſa pollute nō maculant̄. Adulterata v̇o gutta balſami. neqꝫ cū lacte coagulat. ꝛ velut oleū i aqua ſupnatat ꝛ veſtē maculat. Hec ille.

Duodecima ſtella quinte coꝛone beate virginis marie eſt q2 ipſa di/ citur therebint⁹

Therebintus ma/ ria dr̄. de q̄ Ecc. xxiiij. Ego q̄ſi the/ rebint⁹ extēdi ramos meos. et ra. mei bone. ꝛ grē. Therebint⁹ arboꝛ parua ꝛ hūilis ꝛ naſcit̄ in damaſco ſyrie. Syria in/ terp̄tat̄ ſublimis. ꝛ ſigt ſupbiā. damaſc⁹ ſac/ cus ſanguine⁹. In ſagne deſignat̄ peccatū in ſacco nrē carnis miſeria q̄ induti ſumus tāqꝫ lugubri cilicio vt ſic in h̄ exilio ad luctū rēpaneū pꝛuocemur. Sicut ergo therebint⁹ in damaſco naſcit̄ ꝛ de ſyria arboꝛ hūilis ꝛ medicinalis. ſic btā v̇go de pctōꝛib⁹ nata eſt ſcā. ꝛ hūilis de ſupbis. ꝛ ex ſe pꝺuxit filiū ad nrōꝝ medicinā doloꝝ. Maria igit̄ dicit̄ therebinth⁹. q2 arboꝛ pua. Et ſignat h̄ pui/ tas hūilitatē ei⁹. Aſſigna de hūilitate ei⁹. et aſſigna q̄uo ipſa arboꝛ vite in medio para/ diſi. i. eccleſie. Genus querc⁹. q2 ipſa fru ctificauit p̄ncipalit̄ pctōꝛib⁹. vnde d̄ fructū id eſt filio ei⁹ dr̄. j. Pe. iij. Chriſt⁹ ſemel pro peccatis nrīs mortu⁹ eſt. Sudat reſinaꝫ optimā. i. xp̄m q̄ eſt medicina languentium aiaꝝ. Nota ſudat q2 ſicut ſudoꝛ exit de car/ ne ipſa carne manente integra. ſic natus eſt de ei⁹ carne integra manēte fili⁹ dei. Et ſicut ſudoꝛ medicinalis eſt carni humane. ſic fili us caro factus medicina carnis et aīe nrē. Unde appellat̄ fluuius dorix Ecci. xxiiij. q̄d interp̄tat̄ medicamentū generatiōis. Fo lia ei⁹ ꝛ odoꝛ. i. nōis ei⁹ inuocatio ꝛ virtutū ſuarū opinio ſiue imitatio fugant a ſeruis ſuis ſerpentes vicioꝝ. Uel folia ei⁹. i. oratio nes quando pro ſeruis ſuis orat filiū. Und̄ Apoca. xij. Terra aperuit os ſuum ꝛ adiu/ uit mulierē cui⁹ partū nitebat̄ draco deuo/ rare. Uel odoꝛ trium p̄ncipalium virtutuꝫ ſcꝫ virginitatis pauptatis ꝛ hūilitatis. tres illos ſerpentes de quib⁹ legit̄ Deut. viij. in/ terficit. Hūilis ꝯtēptibilis ꝛ hoꝛrida. Ta lis apparuit maria in filij paſſiōe. Expandi vel extēdi ramos meos. i. exempla operū ad obumbrandū pctōꝛib⁹ ꝛ refrigendū contra incentiua vicioꝝ ꝛ maxime contra eſtum li bidinis. In ramis creſcit fructus et ex imi/ tatione exemploꝝ eius fruct⁹ noſtre redem/ ptionis et ſalutis. Et rami mei. i. v̇tutes vel exēpla honoꝛis ꝛ grē collatiui. ꝛ grē. h. hono ris in ſcīa ſcōꝝ. Quia de partu v̇ginis ꝛ v̇/ tutib⁹ eius tot⁹ honoꝛ mūdi ꝛ grā data ē to/ ti mūdo. Item in ramis creſcit fruct⁹ Duo rami p̄ncipales. i. due pulegiate v̇tutes btē virginis ſunt humilitas et virginitas. Me rito enī humilitatis placuit altiſſimo. meri/ rito virginitatis quā ipſa primo vouit me/ ruit habere q2 fact⁹ eſt in ea chriſt⁹ filius vir ginitatis. ꝛ i his duob⁹ creuit fruct⁹ vite xp̄s

Odor eiꝰ fugat ſerpētes vicioꝝ. ⁊ ſerpen
tes. i. demones fugant̃ a folijs eiꝰ. i. p v̄ba eꝰ
q̄ñ. ſ. orat p pctōibꝰ. ⁊ etiā p recordatōez no
minis eiꝰ illis q̄ currūt p viam mandatorū
dei in odore illiꝰ. Vñ bern̄. Non ſic timet. ⁊c.
Valet ↄtra malū aurū. Quia obedien-
tia marie q̄ñ reſpondit. Ecce ancilla domi.
purgauit inobediētiā Eue. q̄ ↄſenſit dyabo
lo pmittēti. eritis ſicut dij. Geñ. iij. Item
p h̄ q̄ maria ſe comparat therebinto dat no
bis orandi formā. Therebintꝰ arbor breuiſ
⁊ fructuoſa h̄ eſt orō q̄ ſi ſit breuis in verbis
ſepe erit magis vtilis. Vñ Mat. vj. Oran-
tes nolite multū loq̄ ſicut ethnici. Folia
ſt̄ denſa vt frequens ſit orō. femina nō ma-
ſcula facit fructū. q2 illa oratio fructuoſa eſt
q̄ naſcit̃ ex cognitōe ꝓpe infirmitatis. Btā
virgo ramos ſue orōis de fonte pietatis p-
cedentis ad nos extendit. dum exemplo eiꝰ
breuiter humiliter ⁊ fiducialiter orare docet
Breuiter cū dixit. Vinū nō habent Joh. ij.
Humiliter. q2 nō dixit. fili da eis vinū ſed cō
tenta fuit narrare neceſſitatē alioꝝ. iudicio
eiꝰ oīa relinquens. Fiducialiter cum dixit
miſtris. Omia q̄cūq3 dixe. ⁊c. Hec tria ſimi
liter docuit. Lu. j. Fiat mihi ⁊c. Fiat ecce bre
uitas. Sed pꝰ dixit. Ecce an. do. Ecce hūili-
tas. Fiducialit̃. ſm v̄bū tuū. Et rami mei ⁊c.
Rami miſeratōis eiꝰ honoris ſunt. q2 inue
nit grām impetrādi ⁊ grē. q2 nullā patit̃ re-
pulſā. iij. Re. ij. Pete mater mi. Heſter. iiij.
Que eſt petitio tua. ⁊c.

Sexta corona et primā ſtella eiuſdem.

Sexta corona ca-
ritatis glorioſiſſime v̄ginis Ma
rie eſt corona directōnis ſiue in
ſtitutionis. qua ita vitam ſuam inſtituit et
direxit vt tēporalia deſpiceret et celeſtia ad-
amaret. Vnde merito celum poteſt noīari.
Duodecim ſtelle huiꝰ corone ſunt duodecī
virtutes q̄ p duodecim ſigna que in celo ſūt
poſſunt deſignari. Et ſunt ſex ſigna per que
ſol aſcendit. et ſex p que deſcendit. Primū3
igit̃ ſignū ſiue ſtella huiꝰ celi eſt capricornꝰ.
Scdm aquariꝰ. Tertium piſcēs. Quartū
aries. Quintum thaurꝰ. Sextum gemini.
Septimū cancer. Octauum leo. Nonū vir
go. Decimum libra. Vndecimum ſcorpio.
Duodecimū ſagittariꝰ. Prima igitur
ſtella huiꝰ ſexte corone ſiue pmū ſignum eſt
capricornꝰ. qd idem eſt q̄ capra. ſ. animal fe
tidum. p qd deſignatur peccati exprobratio.
Non dico peccati ꝓprij. q2 peccatū nō fecit.
ſed quia exprobrabat et egre ferebat oē pec-
catum. ſicut legit̃ in li. de infantia eiꝰ. et etiā3
q2 ſeruis ſuis exprobrandi pctā ꝓpa gratiā3
ſubminiſtrat. ⁊ ab eis exigit exprobratōnem
peccatoꝝ. Ipſa eni3 eſt rebecca q̄ dicit iacob
id ē. filio ſuo ſp̄uali. Geñ. xxvij. Fili acqeſce
cōſilijs meis ⁊ pgens ad gregem affer mihi
duos hedos optimos. vt faciam ex eis eſcas
patri tuo quibꝰ libēter veſcit̃. Duos hedos
confeſſionē peccatoꝝ ⁊ penitentiā poſſumꝰ
accipere. hedi optimi q2 ↄfeſſio pctoꝝ ⁊ peni
tentia valde eſt deo acceptabilis. Vnde gau
diū eſt in celo ſup vno peccatore. ⁊c. Sic cō
uerſo valde eſt periculoſū ī p̄nti vita carna-
libus vicijs intendere ⁊ pniā3 neglig̃e. Hoc
ſequēti declarat̃ exemplo ex libro miraclōꝝ
btē v̄ginis de monacho ſubmerſo in aqua.
q̄ p̄cibus beate v̄ginis liberatꝰ eſt ab vtraq3
morte. Erat quidam monachꝰ in quo-
dam cenobio ſecretarij officio functꝰ. Hic
ergo valde lubricꝰ erat. et demoniaco inſtin
ctu aliquotiens libidinis vrebatur eſtibus.
Tamen ſanctā dei genitricē nō modicū di-
ligebat. et tranſiēs ante eiꝰ ſanctū altare di-
cendo. Aue maria gratia ple. ⁊c. cū reueren-
tia ſalutabat. Adiacebat ipi monaſterio flu
uius que3 frater ſupradictꝰ trāſibat. quādo
ad explendam ↄcupiſcentiā ſua3 pergebat.
Quadā aūt nocte volēs ire ad ſcelus aſſue
tum coram altari vt ſolitꝰ erat ſanctā mari-
am ſalutat. ac deinde p eccliē ianuas exiens
ad p̄dictum fluuium puenit. Quem dum
vellet tranſire a dyabolo impulſus in eūde3
cecidit. ⁊ mox ſubmerſus ibidē interijt. Cu-
ius animā rapuit mltitudo demonū. cupiē
tes eam deferre in baratrū. ſed pietate dei aſ-
fuerūt ⁊ āgeli ſi forte poſſent illi ferre aliquod
ſolaciū. Quibꝰ venientibꝰ dixerūt demones

verbis cõtumacibꝰ. Ut q̃d huc aduenistis.
Nihil in iſta anima habetis. quoniã ꝓpter
mala opera q̃ geſſit iure cõceſſa eſt nobꝫ. Ad
hec triſtes ſancti angeli dum non ſufficiẽter
haberent q̃d proferrent boni operis. ſubito
aduenit ſancta dei genitrix. ⁊ liberali aucto/
ritate dixit iſtis demonibꝰ. Cur nequiſſimi
ſpũs hanc animã rapuiſtis. Reſpõderunt
quia inuenimꝰ eam vitam cõſummaſſe in
operibꝰ malis. At illa dixit. Falſa ſunt inq̃t
que profertis. Scio enĩꝫ q̃a alicui pergens
me ꝑmũ ſalutando a me licentiam accepit.
et rediens ſimiliter hoc agere ſolebat. Q, ſi
dixeritis q̃a vim vobis facimus. ecce pona/
mus in iudicio ſummi regis. Cumqꝫ ex hoc
inter ſe altricarent̃ placuit altiſſimo domĩo
pro meritis ſancte matris vt anima fratris
rediret ad corpus. quatenꝰ penitentiaꝫ age/
ret de ſuis reatibꝰ. Interea aduenit tempꝰ
quo frẽs ad cantandos matutinaruꝫ hym/
nos conuocarent̃. Et dũ hora fieret ad pul
ſandum ſignũ ſurgentes aliqui ex fratribus
ſecretariũ ꝑdictũ queſierũt. ⁊ nõ inueniẽtes
vſqꝫ ad flumen ꝑrexerũt. ⁊ eum dimerſum
in aqua repererunt. Cuiꝰ corpus ab aqua
extrahentes mirabant̃ cogitantes qua occa
ſione ei id ꝯtigiſſet. Cũqꝫ plura opinãtes in
ter ſe ſermocinarent̃. mirũ in modũ. ecce ille
frater a morte reſurgens inter eos aſtitit vi/
uus. et narrauit fratribus que contigerant
ſibi. ⁊ quõ euaſerat ſuccurrente dei genitri/
ce. Poſt hec nõ ſolum illud vicium quo de
lectari ſolebat deſeruit. ſed ⁊ deo ⁊ ſancte ma
tri eiꝰ feruentius ſeruiuit et vitam ſuam in
bonis actibus cõſũmãs etiam in pace. ani/
mã ſuam deo reddidit.

¶ Secunda ſtella ſexte corone.

Secũda ſtella ſiue
ſecundũ ſignũ ſexte corone beate
virginis eſt aquariꝰ. q̃a ipſa ha/
buit in ſe fletum multiplicem. ⁊ vtrũqꝫ irri/
guum. Ideo de ipſa d̃r Yſa. xv. Per aſcen/
ſum luith flens aſcendet. Luith interꝑtat̃
maxilla. ⁊ ꝑ virtutem lacrimarũ ꝑ maxillas
ſuas fluentium aſcendebat ipſa ad deum. ⁊
nos in neceſſitatibꝰ noſtris ad deum per la
crimas occurrere docuit. ⁊ ſingl'ariter ipaꝫ
in temptationibꝰ noſtris inuocare nos am
monuit. quia huiuſmodi lacrime nobis ꝑ/
utiles exiſtunt. vt ſequenti declarat̃ exẽplo.
ex ſumma lampertica de vxore cuiuſdã mi/
litis liberate a nequicia dyaboli. ¶ Miles
quidã diues et potens cũ omnia bona ſua
indiſcreta liberalitate diſpergeret ad tantaꝫ
deuenit inopiam. vt q̃ conſueuit magna tri/
buere iam inciperet minimis indigere. Ha/
bebat aũt quandã vxorem pudiciſſimam ⁊
beate marie valde deuotam. Appropinquã
te aũt quadam ſolennitate in qua ꝑdictus
miles multa donaria conſueuerat elargiri.
cum iam quod tribueret nõ haberet. nimia
cõfuſione ⁊ verecũdia ductus quouſqꝫ pre
dicta ſolennitas tranſiſſet deſertum locum
meroris amicũ petijt. vt et fortune ſue incõ/
moda plangeret ⁊ verecundiaꝫ euitaret. Et
ecce ſubito q̃dam equus valde terribilis ter
ribilem habens ſeſſorem ad eũ acceſſit. cuiꝰ
aſſeſſor eũ alloquitur ⁊ cauſam triſticie ſue
ſciſcitatur. Cui cum omnia que ſibi conti/
gerant per ordineꝫ enarraſſet. ille ait. Si mi
hi in modico obtemperare volueris magis
q̃ꝫ ante gloria et diuitijs abundabis. Spõ/
det ille principi tenebrarũ ſe quicq̃d iuſſerit
libenter facturũ. dummodo impleat quod
promittit. Et ille. Ecce pergens in domum
tuam tali loco requires ⁊ ibidem tot auri ⁊
argenti pondera tot lapides ꝑcioſos inue/
nies. Mihi auteꝫ hoc facias vt tali die huc
vxorem tuã ad me adducas. Sub tali pro/
dor vindicte refrigerat̄. Quā benignitatē in
ſe beata v̄go in ſummo gdu habuit. q2 inter
deū ⁊ hoīem pacē ⁊ ꝯcordiā fecit. ⁊ ſic ab ira
dei ⁊ ab omni turbatiōe ⁊ tēptatiōe nos ꝓte
git. Igit̄ quotiēſcunq̄ tēptaris ſup vires tu
as clamandū eſt ad eā. Eſto mihi dña tur.
for. a fa. ini. Sicut enī puerulꝰ timens canē
fugit ⁊ clamat ad matrē. ſic q̄cunq̄ vehemē
ter tēptat̄ ⁊ timet morſum diaboli vel cuiuſ-
cūq̄ tēptatiōis ꝑ ordīem debet recurrere ad
matrē pietatis ⁊ dicere illi ſicut dicit dño rex
ioſaphat. ij. Paral'. xx. In nobis quidē non
eſt tāta fortitudo vt poſſimꝰ huic multitudi
ni reſiſtere q̄ irruit ſup nos. Sed cū ignore
mus qd̄ agere debeamꝰ h̄ ſolū habemꝰ reſi
dui vt oculos noſtros dirigamꝰ ad te. Ma
ria ꝓtegit nos vt arbor ſub vmbra ramorū
⁊ folioꝝ ſuoꝝ. i. ꝑ exēpla ſuoꝝ bonoꝝ operū
⁊ meritoꝝ. Sub pallio hūilitatis ⁊ v̄ginita-
tis ſue. Humilitas eī ⁊ v̄ginitas ale eiꝰ ſunt
Et late ſunt ale iſte ꝑ vtriuſq̄ v̄tutis plenitu
dinē. de q̄bꝰ alis dicimꝰ ei. In vmbra alarū
tuaꝝ ſperabo donec trāſeat iniq̄tas. In vm
bra v̄ginitatis ꝯ̄ incendiū luxurie. In vm-
bra humilitatis ꝯ̄ ventū inanis glie vel tēpe-
ſtatē ſupbie. In vmbra māſuetudinis ꝯtra
grandinē iracūdie ⁊c. In vmbra orōis ꝯtra
pluuiā diabolicaꝝ tēptationū. Sub ſcuto
patiētie ſue ꝑ exemplū. Scuto circūdabit te
veritas eiꝰ. ⁊ ideo non timebis a timore no-
cturno. Angelos nobis in auxiliū mittēdo.
ſicut fecit baſilio. Vñ Angelis mādauit d̄ te
Angeli enī miniſtri ⁊ ſatellites ſui ſunt de ꝓ
cepto creatoris. Cōtra inimicos noſtros ꝓ
nobis pugnādo. Vñ cōuenit ei illud Eccī.
xxix. Sup ſcutū ⁊ ſup lanceā aduerſus inimi
cum tuū pugnabit ꝓ te. Eſtū ꝓſperitatis fri
gore aduerſitatis tꝑando. Amaritudinē tri
bulatōis dulcedine ꝯſolatiōis leniēdo. que
velut ſapiēs mulier ponit in olla cordis no-
ſtri ꝑ impatiētiā bulliētis aquā cōſolatiōis.
Protegit etiā nos reſpectu mīe ſue q̄ ad noſ
ſed iuſticie q̄ ad demones victa ⁊ pctā. Vñ
ipſi veriſſime ꝯuenit q̄d dicit̄ de filio Pro-
uerb. xx. Rex q̄ ſedet in ſolio iudicij diſſipat
omne malū intuitu ſuo. Sili regina. i. Ma
ria ſedēs cū filio in ſolio padiſi oculo miſeri
cordie reſpiciens peccatorē intuitu ſuo diſſi
pat oē malū. i. triplex malū. Malū ſcꝫ culpe
cuiꝰ impetrat veniā. malū pene quā nō ſinit
ſtatim infligi. malū diaboli ne tēptando tā-
tū nocere ꝓualeat q̄ntū deſiderat. Protegit
etiā ab accuſatōibꝰ demonū q̄ accuſant iu
ſtos in ꝯſpectu dei die ac nocte. i. aſſidue. Sꝫ
ſi maria ꝓ nobis q̄s ꝯtra nos. Et ſi ipſa eſt q̄
iuſtificat q̄s eſt q̄ ꝯdēnet. Roꝝ. viij. De h̄ mlt̄
ta habēt exempla ſupiꝰ in. iij. ⁊. vj. corona.
Protegit etiā ab accuſatiōibꝰ detractoꝝ ⁊ a
cōuentu malignātiū ſicut pꝫ in abbatiſſa ꝑ
gnāte quā v̄go virginū reuirginauit. De q̄
habes ſuperiꝰ in q̄rta ſtella. iij. corone. Pro
tegit etiā a corꝑalibꝰ incēdijs ſicut pꝫ de q̄dā

puero iudeo quē pater ſu⁹ ꝓiecit in clibanū ardentē. qꜫ adorauerat imaginē btē v̓ginis cū pueris xp̄ianis. ⁊ beata v̓go apparuit ei ī medio fornacis ī ſpecie imaginis quā puer adorauerat ⁊ ꝓtexit eū ſub pallio ſuo ab icē‑dio ⁊ fecit mediū fornacis q̄ſi ventū roris flā‑tem. Quo miraculo viſo multi iudei ꝯuerſi ſunt ad fidē. ⁊ pater pueri in ip̄m fornacē ꝓ‑iectus eſt ⁊ ſtatim cōbuſt⁹ eſt. Protegit eti‑am nos maria a corpalib⁹ inimicis ꝑut ſe‑pe legit̄ in miraculis ei⁹ ⁊ a seductorib⁹ aīa‑rum. ⁊ ei ꝯuenit illud Sap. x. qđ dicit̄ de ſa‑pientia. ⁊ recte p̄t intelligi de Maria. Cuſto‑diuit illū. i. ſeruū ⁊ amatorē ſuū ab inimicis exteriorib⁹ ⁊ manifeſtis. i. detractorib⁹ q̄ fa‑mā. hereticis q̄ fidē. tyrānis q̄ vitā conantur auferre. ⁊ a ſeductoribus tutauit illū. i. ab oc‑culte inſidiantib⁹. ſ. mūdo. carne. demonib⁹ Quoꝝ p̄m⁹ pietatē ꝑ auariciā. ſecūd⁹ caſti‑tatē ꝑ luxuriā. terti⁹ humilitatē ꝑ ſupbiā co‑natur auferre. Ecce ſex atrociſſimi inimici ⁊ ſeptim⁹. i. ꝓpria volūtas. Hi ſunt ſeptē gētes que impugnāt iſrael. ſꝫ ꝑ mariā vt dictuꝫ eſt vincuntur

Tertia ſtella ſepti‑

me corone b. v̓ginis ſiue tertia por‑ta d̓r porta piſciū. ⁊ ſignat ſimplici‑tatē. qꜫ piſcis eſt aīal ſimplex. vn̄ facilit̄ capi‑tur ⁊ beata v̓go q̄ꝫcito intellexit diuinā volū‑tatē de ꝯceptu v̓gineo captiuauit intellectuꝫ ⁊ voluntatē ſuā dicēs. Fiat mihi ſm̄ v̓bū tu‑um. Piſcis in aq̄s cibū querit. ſic nos ī btā v̓gine que eſt fons patēs ⁊ ſignat⁹ cibū ⁊ re‑fectionē aīaꝝ noſtraꝝ q̄rere debem⁹. Hic ei̅ fons Zach. xiij. d̓r patēs Can̄. iiij. d̓r ſignat⁹. Patēs amicis ſignat⁹ inimicis. Patēs mū‑dis. ſignat⁹ immūdis. Patēs penitētib⁹. ſi‑gnat⁹ impenitētib⁹. Maria ergo q̄ſi fons q̄ntū deſcēdit tantū aſcēdere p̄t. Et quia fonſ iſte inferi⁹ omni creatura deſcēdit ꝑ humili‑tatē in ꝯceptu dei. iō in ſua aſſumptōe ſuper oēm aſcēdit creaturā Primo terrā irrigat a qua orit̄ ⁊ in̄ trāſit ad aliā irrigandā. De beata Anna canit eccl'ia. Celeſte bn̄ficiuꝫ in‑ma. ⁊c Rigauit etiā poſtea elizabeth cogna‑tam ⁊ iohēm cognaculū nō ſolū grā ⁊ agni‑tione ſꝫ etiā ſpū ꝓphetie. ac deinde d̓ plenitu‑dine ei⁹ oēs accepim⁹ grām ꝑ grā. Scaturi‑ens ab imo ſurſuꝫ lapillulos eleuat. ſꝫ nō la‑pides grādes. Lapilluli hūiles pctōres q̄s eleuat de ꝓfundo peccatoꝝ ad ſtatū grē. ſed nō ſic obſtinatos ⁊ grandes in oculis ſuis. Ideo de ea pōt dici qꜫ eſurie̅tes grām ꝯuerſi‑onis replet bonis ⁊ diuites q̄ nō credūt ſe ali‑quo indigere dimittit inanes. In ſe modic⁹ lōgo fluento innoteſcit. Modicitas. humi‑litas. longū fluentū. maḡ copia bn̄ficiorum q̄bus oīs ꝑticipat creatura. Caput ē flumi‑nis. i. xp̄i quo ad hūanitatē q̄ egrediebat̄ de loco voluptatis. i. vtero v̓ginali q̄n naſceba‑tur in mūdo fact⁹ caro. Aquā ꝑus latentē ī terra manifeſtat. Nā ꝑ ip̄am apparuit noƀ benignitas ⁊ humanitas ſaluatoris q̄ in ter‑ra viuentiū ꝑus erat de⁹ abſcondit⁹ Iſa. xlv Seipſum in aq̄s q̄ſi euacuat vt ī pleat riuuꝫ ſuū ſibi nihil attribuēs totū deo Unde dicit Magnificat aīa mea dn̄m nō meipſaꝫ. Itē Fecit mihi magna q̄ potēs eſt. Semꝑ ſca‑turit aquas nouas q̄s ſuſcipit de plenitudi‑ne dei patris. q̄ ⁊ ipſe d̓r fons aq̄ viue Hiere. ij. Tēperatā habet aquā in q̄libet tp̄e. Nam feruorē refrigerat vicioꝝ ⁊ heſitātiū torporē accēdit. ſpem venie tribuēs deſperatis. Ui‑uidū habet ortū qđ nō piſcina. Nā grā eiuſ q̄ tepidos fugit. ⁊ p̄ſto eſt feruentibus neſcit tarda reꝝ molimina. Facilē p̄bet hauſtum. qđ nō pute⁹. ꝓna ad miſerendū ⁊ abhorrenſ immiſericordes. Cōtinuū habet fluxū qđ n̄ aque ſyloe Un̄ dic̄ Uſqꝫ ad futuꝝ ſeculum n̄ deſinā miſeris. ſ. miſereri. Iō dicit̄ ei Iſa‑ie. lviij. Eris q̄ſi fons cui⁹ nō deficiēt aque. i. miſericordie. Cōis ⁊ expoſit⁹ ſic ⁊ gratia ei⁹ Un̄ clamat Iſaie. lv. Oēs ſitiētes venite ad aq̄s. Per quoſdā aqueduct⁹ deducit̄ ad of‑ficinas. Nā ſi haberem⁹ aqueductū. i. veraꝫ cordis humilitatē. p̄ſto eſſet oīb⁹ neceſſitati‑bus noſtris. Ad loca humilia trāſmittit ri‑uulū ſuū. Nā ꝯciliat ⁊ largit̄ humilib⁹ na‑tū ſuū. Un̄ Inter mediū montiū vbi eſt cō‑cauitas valliū ꝑtrāſibūt aque. i. bn̄ficia ma‑rie. Mōtes deſerit. i. ſupbos. qꜫ tumor infu‑ſa repellit. Sitim reuelat. i. deſideriū antiq̄ꝝ Nā ꝑ eā venit in mundū deſiderat⁹ cunctis

gentibꝰ. Aggei.ij. Sitim etiā ꝯcupiſcētiarū releuat exēplis ꝟtutū ſuaꝝ. Loca vicina vi‑ridia reddit ꝟtutibꝰ. florida ſanctiſ deſiderijſ ⁊ fecūda opibꝰ bonis Eccl.xl. Sup omnez aquā viriditas. Nō ꝯgelat ſicut cetere aq̄ ſꝫ iugit̄ fluūt miſeratōes eiꝰ q2 nō flat ibi aq̄lo ligās. cui dictū fuit a pncipio deo trinitate: Surge aq̄lo. i. o tēptator recede. Ignē mul‑tiplicē extinguit tēptationū luxurie auaricie iracūdie exēplis ꝟtutū ſuaꝝ ignē peccatoꝝ ⁊ incendiū gehēne. Ad riuos fontiū abluūtur pedes manꝰ facies oculi ⁊ veſtes ⁊c. Et ꝑ ex‑empla marie affectꝰ noſtri ⁊ opa interna fa‑cies ⁊ ipſiꝰ mētis intētio ⁊ ornamēta ꝟtutuꝫ que q̄nq3 ſqualorē ꝯtrahūt ex vicinitate vici‑orum. Sic igit̄ fons hic lauat ⁊ recreat ⁊ pa‑ſcit piſces. i. pctōres. iuſtos rigat ad fructifi‑candū ⁊ pfectos potat ī deſiderijs ſuis.

Quarta ſtella ſepti‑

me corone btē ꝟginis ſiue q̄rta por‑ta d̄r porta vetꝰ ⁊ ſignificat deteſta‑bilitatē vicioꝝ ꝑ renouatiōꝫ vite. Et q2 btā ꝟ‑go nihil de vetuſtate habuit facile ſeipſaꝫ re‑nouare valuit dās nobis exēplū vt q̄ tanq̄ꝫ veſtimētū veteraſcimꝰ cū aq̄la deponendo roſtꝝ ⁊ plumas veteres renouari ⁊ iterū iu‑ueneſcere ſtudeamꝰ. Ad h̄ etiā xp̄s dedit no‑bis exemplū q̄ in ſepulcro q̄ſi plumas ⁊ vete‑res pēnas mortabilitatē ⁊ paſſibilitatem de‑poſuit. ⁊ velut roſtꝝ recuruū q̄relas huma‑ne miſerie ⁊ in reſurrectiōe factas īmortalis ⁊ impaſſibil̄ velut pēnas nouas ⁊ roſtꝝ ac‑cipiēs totꝰ eſt renouatꝰ. Vn̄ dicit ei p̄s. Re‑nouabit̄ vt aq̄le iuuētꝰ tua. Sic ⁊ nos exem‑plo xp̄i debemꝰ oēm corruptionē ⁊ vetuſta‑tē peccati in p̄nti deponere vt in futura vita in etate iuuenili cuꝫ xp̄o valeamꝰ reſurgere. Maria etiā d̄r aquila. quoniā aq̄la regia volucrū ⁊ maria regina angeloꝝ cōtēplati‑uoꝝ ⁊ ꝟginū. q̄ in nido ſuo. i. in corde poſuit ametiſtū quē aq̄la in nido ſolet ponere. vide‑licet fidē qua ꝯcepit filiū dei Lu.j. Beata q̄ credidiſti ⁊c. Et ꝑ excellētiā ſui ꝯceptꝰ īduta eſt veſte purpurea. i. dignitate regali. Vn̄ d̄ ea dicit̄ Prouerb. vlt̄. Biſſus ⁊ purpura in‑dumentū eiꝰ. Habuit etiā colorē viole cui ꝑ humilitatē aſſimilata eſt ⁊ q̄ſi ꝑ cōpaſſionē liuida facta eſt ī filij paſſiōe Expulit etiā a ſe ſerpētes ⁊ venenata ſpūaliū vicioꝝ q̄ nunq̄ꝫ ad mentē eiꝰ ingredi potuerūt. Fuit eni mu‑lier timēs deū Prouer. ī fine. Et Eccl. j. dicit̄ Timor dn̄i expellit pctūm. i. intrare nō ꝑmit‑tit. Expellit etiā a famulātibꝰ ſibi ſerpētes et venenata. Iuxta illud Mar. in fi. In noīe meo demonia eijciēt. Maria ſcꝫ ⁊ ceteri ſan‑cti ꝑ ꝟtutē ꝑpetue ꝟginitatis ſue cauit ab ebrie‑tate oīm carnaliū voluptatū q̄ ad veterē ho‑minē ꝑtinēt. ⁊ amicis ſuis potēs eſt p̄cauere Hec aquila in arduis poſuit nidū ſuū. i. i ex‑celſis ꝟtutibꝰ ꝯuerſationē ſuā. ⁊ cor ſuū in p‑ruptis ſilicibꝰ. i. in angelis. de q̄bꝰ p̄rupti fu‑erunt ſuꝑbiētes angeli. q2 ꝯuerſatio eiꝰ ſꝑ fu‑it in celis. Phil.iij. Et inde ꝯtemplabat̄ eſcā ſuā. i. refectonē mētis ſue. ſ. ipm̄ deū vt eo fru‑eret̄ Et ideo de hac aq̄la d̄r q2 oculi eiꝰ de lon‑ge ꝓſpiciūt. Et ad p̄ceptū dn̄i eleuata eſt hec aquila in ſua aſſumptiōe. qn̄ ſcꝫ aſcēdit ſuꝑ cherubin. i. ſuꝑ choros angeloꝝ ⁊ volauit ſu‑per pēnas ventoꝝ. i. ſuꝑ rōem ⁊ oēm intelle‑ctum humanū. In excelſis etiā mētibꝰ ⁊ ele‑uatis a terra ꝑ mūdi ꝯtēptū diligit ꝑ gratiā habitare. Aq̄la ceteras aues p̄cellit in vola‑tu ⁊ ſolis aſpectu. ⁊ ip̄a ſanctos ceteros ī vo‑latu ꝯtēplatiōis ⁊ aſpectu ſolis iuſticie. id ē. filij ſui q̄ lucē inhabitat inacceſſibileꝫ. j. Thi‑mo. vj. q̄ videlicet lux in ip̄a fuit abſcōdita. et quā ipſa nobis acceſſibilē fecit viciniꝰ atq3 limpidiꝰ ꝯtemplat̄. Altiſſimū ꝟtutibꝰ ⁊ do‑nis optimis fac̄ nidū ſuū. i. cor. i. quē inhabi‑tat ꝑ grām. vt ꝟe dicere poſſit q̄ ip̄am ſpūali‑ter hoſpitat̄ illud Sap. vij. Venerunt mihi oīa bona pariter cū illa ⁊c. Procurat optime filios ſpūales q̄s adoptat ꝑ grāꝫ cibo deuoti‑onis. vino ꝯſolatiōis ⁊ cōpunctiōis pane la‑crimaꝝ ⁊ hmōi. ⁊ h̄ paſtu dignos reddit car‑ne ⁊ ſanguine vnigeniti ſui. Reſpiciens mi‑ſericordit ad cadaueroſoſ pectōres ipſaꝫ hu‑militer inuocātes. aduolat duabꝰ alis. pieta‑te ⁊ cōpaſſione. vt ptꝫ in theophilo. quē qua‑ſi roſtro orōis quā ꝓ eo fudit ad filiū ⁊ qua‑ſi vnguibꝰ iuſticie a diaboli faucibꝰ potent̄ eripuit. cyrographū ſuū ei reſtituēs anulo ꝓprio ꝯſignatū. ꝓpter h̄ dicitur de Maria.

Confidit in ea.i.de eiꝰ fide ⁊ fortitudine cor
viri ſui xp̄i ſcꝫ ⁊ ſpolijs nō indigebit. Jpa ei
ditat q̄ſi illis ſpōſum ſuū q̄bus ſpoliat vt di
ctum eſt diabolū aduerſariū

Quinta ſtella ſepti

me corone btē v̓ginis ſiue q̄nta por
ta d̓r porta vallis. ⁊ ſignificat puri-
tatē quo ad verecundiā de pc̄tis q̄ humili ſa
tiſfactione tollit̄. Et q̄a beata v̓go nihil d̓ pec
cato habuit. ſicut beatꝰ auguſtinꝰ dicit. cū d̓
peccato agit̄ ⁊c. nos v̓o multū de pc̄tis habe
mus. vtpote in pc̄tō ꝯcepti nati ⁊ enutriti. et
ꝓbis ꝑ noſipſos ſatiſfacere non poſſumus
debemꝰ ad ipſaꝫ tanq̄ꝫ ad portā venie recur
rere. Jpa enī oēs inuitat ⁊ dicit. Trāſite ad
me q̄ ꝯcupiſcitis me ⁊c. q.d. Quid diſcurri-
tis ꝑ carnales voluptates ⁊ mundanas va
nitates q̄ vos nequeūt ſatiare. Jn me omīs
gratia. quā vobis ſubminiſtrabo ſi trāſieri-
tis ad me. ⁊ h̓ eſt qd̓ ſequit̄. A generatiōibꝰ
meis implemī. Mira fatuitas peccatoris q̄
ſi diligerꝫ aliquā ribaldā q̄ eſſet vltra flumē.
⁊ ipſa clamarꝫ trāſi ad me ⁊ ero tota tua. ſta
tim miſer ſe exponeret morti ⁊ ſubmerſioni.
matri v̓o dñice ſe facit ſurdū. Sꝫ caueant ſi-
bi tales ne q̄ñq̄ꝫ audiāt ab ea illud Prouer.
ꝑmo. Vocaui ⁊ renuiſtis. extēdi manū me-
am vt vobis darē filiū meū q̄ eſt omē bonū.
ſ̓m illud ꝯſiliū Joh.ij. Oīa quecūq̄ꝫ dixerit
vobis filiꝰ meꝰ facite. Jſtud enī omne eſt et
ſummū ꝯſiliū facere ſcꝫ qd̓ p̄cipit deꝰ. Sꝫ q̓
hoc conſiliū cōtemnit̄ a multis. ſubdit ipſa.
Ego q̄ꝫ in interitu veſtro ridebo ⁊c. ¶ Trā-
ſite ad me omnes. nō quidā. nō pauci exem
plo filij dicētis Math.xj. Venite ad me om
nes q̄ laboratis ⁊c. ⁊ q̄ dicit Jſa.lv. Omnes
ſitiētes venite ad aquas. Vocat omnes ad
ſe glorioſa virgo. omnes enī vult ſaluos fie-
ri ⁊ neminē vult ꝑire. j. Thimo.ij. Jn h̓ etiā
nobis ſuā indicat largitatē. ſuas diuitias. ſu
am liberalitatē. ⁊ deſideriū qd̓ habet de ſalu-
te creaturaꝝ filij. Jtē cuꝫ dicit. trāſite ad me
omnes videt̄ ꝓprie loq̄ peccatoribꝰ mundū
diligentibꝰ nō eā. nec ſeruientibus ei. ad me
vt vobis impetrē vinū cōpunctiōis. q̓ ego
quaſi vitis fructificaui. paſtū deuotōis. q̄a
flores mei fructus honoris ⁊ honeſtatis. vir
tutem dilectiōis. q̓ ego mater pulcre dilecti-
onis. gratiā timoris dei. q̓ mater ſuꝫ ſancte
ſpei. omnē grām incipientē ꝓficientē ⁊ con-
ſummantē. q̓ in me oīs gratia dona ſpūſſā-
cti. quia ſpūs meus ſuꝑ mel dulcis. gloriam
paradiſi. q̓ hereditas mea ſuꝑ mel ⁊ fauum.
¶ Jtē tranſite ad me. Seruo ei ꝯiugatos in
matrimonio. viduas in ſtatu ſuo. virgines
in puritate. omnibꝰ his impetro grām ⁊ pro
mitto gloriā. Sunt enī in terra ꝓ vua cōiu-
gati. malogranata ꝯtinentes ficus dulces v̓
gines. Trāſite ad me ¶ Nota ad me. Libē-
ter enī debet venire pauꝑ ad diuitē vt locu-
pletet̄. Pollutꝰ ad fontē vt mundificet̄. De-
bilis ad fortē vt corroboret̄. Mortuꝰ ad vi-
tam vt viuificet̄. Cecꝰ ad colliriū vt illumīe
tur. Egrotꝰ ad medicinā vt ſanitati reddat̄.
Famelicꝰ ad refectionē vt bene procuretur
Nudus ad munificā vt ab ea veſtiat̄. Mi-
ſer ad miſericordē vt miſericordiā ꝯſequat̄.
Deformatꝰ ad replaſmatricē vt reformetur
Captiuus ad redemptricē vt a carcere redi
mat̄. Exhereditatꝰ ad patronā vt heredita-
ti reſtituat̄. Seruꝰ ad dñam vt libertati do-
netur. Miles ad reginā vt ſi vicerit coronet̄
Tenebroſus ad lucē vt lucis filius appellet̄.
Hec enī omnia ⁊ in infinitū plura ſubmini
ſtrat v̓go glorioſa tranſeuntibꝰ ad ſe. Et iō
priuſq̄ꝫ illos inuitet ad ſe p̄mittit in ep̄la ho-
dierna. Jn me omīs gratia vie ⁊ veritatis.
Tranſite ad me. videlicet tribꝰ modis. intel-
lectu cōtemplando. affectu inherendo. actu
vel oꝑe imitādo. Sequit̄. Qui cōcupiſcitis
me. qui ſcꝫ vultis mihi ſeruire ⁊ me honora
re. vel qui plene vultis ſatiari. vel qui meum
deſideratis patrociniū in p̄ſenti ⁊ aſpectū in
futuro. Et poſſūt aſſignari tria que deberēt
nos mouere ad tranſeundū. Primū eſt la-
bor mūdi huiꝰ ad quē euadendū feſtinādū
eſſet ad ipſam in qua eſt requies. Secundū
onus corꝑis ⁊ peccatoꝝ. qd̓ cito eſſꝫ deponē
dum. De p̓mo onere Sap.ix. Corpꝰ qd̓ cor
rumpit̄ aggrauat aīam. De ſecūdo ps. Jn-
iquitates mee ſicut onꝰ graue grauate ſunt
ſuꝑ me. Tertiū amor matris ⁊ filij. qui debe
ret nos allicere ad tranſeundū. ſicut libenter

tranſit ad rē valde dilectā. Sequit̄. Et a ge/
neratioībꝰ meis implemī. Quid autē ſint
generatōes eiꝰ oñdit ipa vbi paulo ſupiꝰ di
xit. Ego mater pulcre dilectiōis ⁊ timoris ⁊
agnitiōis ⁊ ſancte ſpei. Vel iſte generatōes
poſſunt dici odores eiꝰ. qui attrahūt affectū
⁊ flores q̄ delectāt intellectū. ⁊ fructꝰ q̄ refici/
unt animū. vt iā dictū eſt

Sexta ſtella ſepti/

me corone btē v̓ginis ſiue ſexta por
ta d̓r porta ſterq̄linij. ⁊ ſignificat fir
mitatē boni ꝓpoſiti ad euacuādas feces pec
catoꝝ. Sʒ q̓ beata v̓go puriſſima eſt. ⁊ noſ
pleni fecibꝰ peccatoꝝ. debemꝰ ad ipſam re/
currere vt ꝑ merita ⁊ interceſſiones ipſius a
noſtris immūdicijs poſſimꝰ mūdari. Vñ
in letania ſanctoꝝ tribꝰ modis īterpellamꝰ
mariā vt oret ꝓ nobis. q̄ ſunt. ſancta maria
ora ꝓ nobis. ſancta dei genitrix ora ꝓ nobis
ſancta virgo v̓ginū ora ꝓ nobis. Et contra
tria vicia q̄ principaliter nos infeſtāt. i. ſuꝑ/
biam auariciā luxuriā. Maria interpretat̄
ſtella maris. q̄ videlicʒ ſtella modica eſt ⁊ lu
cida. ⁊ Maria modica eſt ꝑ humilitatē. lu/
cida ꝑ exemplū. Ecce medicina ꝯ ſuꝑbiam
que de ſe magna eſtimat. ⁊ interiꝰ obſcurat
⁊ excecat. Rogāda eſt aſſidue maria vt no/
men ſuū interp̄tet̄ in nobis qd̓ eſt illumina/
trix. Genitrix ſolet eſſe filijs pia ⁊ miſericors
Ecce medicīa ꝯ auariciā q̄ ſpoliat aut frau/
dulenter aut manifeſte. q̄ ipſaʒ dei imaginē.
id eſt. filiū ꝓ pecunia crucifixit. In hoc noīe
virgo virginū duplex notat̄ mūdicia. carnis
ſcʒ ⁊ ſpūs ꝯtra affectū ⁊ actū luxurie. ⁊ ita in
his tribꝰ appellationibꝰ inſinuat̄ ꝙ quantū
cūqʒ quolibet morbo pcti maculatus fuerit
q̄s. in beata v̓gine poteſt lauacrū inuenire ⁊
feces peccatoꝝ abluere. Dicat ergo beate v̓/
gini ſuꝑbꝰ. Sicut vere es ſtella maris modi
ca ⁊ lucida. tolle a me inflationē ⁊ ſuꝑbie nu
bem. Inexorabilit̄ enī odit ſuꝑbiā q̄ ineſti/
mabiliter humilitatē dilexit. Silr̄ auariciaʒ
cū ſit mater pietatis. ⁊ luxuriā cū p̓ma emiſe
rit v̓ginitatis votū. Dicat ei auarꝰ. Sic̄ ve
es mater pietatis tolle a me duriciē auaricie
⁊ da teneritatē miſericordie. Dicat ei luxuri
ſuos. Sicut vere es virgo v̓ginū extingue ī
me ꝯcupiſcētias carnis ⁊ fac mundū et pu/
dicum. Et h̓ eſt qd̓ oramꝰ eū. Nos cul. ſolu.
mi. fac ⁊ caſ. ⁊ vitā p̄ſta purā ⁊c. Itē maria
deſignata eſt ꝑ templū ſalomonis de q̄ dicit
dñs. ij. Paral̓. vij. Oculi mei erūt apti ⁊ au/
res mee erūt erecte ad orōem eiꝰ q̄ ī loco iſto
orauerit. elegi enī ⁊ ſanctificaui locum iſtuʒ
Vñ Anſel. Sicut o beatiſſima oīs a te auer
ſus ⁊ a te deſpectꝰ neceſſe eſt vt intereat. ita
ad te oīs ꝯuerſus ⁊ a te reſpectꝰ impoſſibile
eſt vt peat. De maria enī poteſt intelligi illd̓
pſal. Auertēte te faciē tuā. i. reſpectū miſicor
die turbabunt̄ ⁊c. Itē ipa eſt ſol a cuiꝰ reſpe
ctu ſoluit̄ glacies. i. gelicidiū cordis pctōris.
Itē. auertiſti faciē tuā a me ⁊ factꝰ ſum con
turbatus Iob. xiij. Cur faciē tuā abſcon/
dis. Iſa. lxiiij. Abſcondiſti faciē tuā a nobiſ
⁊ alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtre.
Item quia Maria facile impetrat quidq̄d
petit a filio. Ideo in figura eiꝰ dictuʒ eſt Iu
dith. viij. Ora ꝓ nobis q̄a mulier ſancta es
⁊ timēs deū. Silr̄ in figura eiꝰ dictū eſt He/
ſter. xv. Inuoca dñm ⁊ loq̄re ꝓ nobis regi ⁊
libera nos de morte. Ipa enī detinet irā dei
ne ſtatim vindicet in nos. Vnde dic̄ Cant.
iij. Tenui eū nec dimittā ⁊c. Gratioſitas au
tem eiꝰ ad impetrandū figurata eſt Heſter
vij. vbi dixit aſſuerꝰ heſter. Que eſt petitio
tua heſter vt det̄ tibi. ⁊ q̄d vis fieri. Etiā ſi di/
midiā regni mei ꝑtē petieris īpetrabis. Cō/
querebat̄ enī dñs anteq̄ʒ maria naſceret̄ di.
Iſa. lxiiij. Nō eſt qui cōſurgat ⁊ teneat me.
ſed ipſa facta eſt aduocata noſtra. et allegat
ꝓ nobis fideliter corā filio ſuo. ventrē ⁊ vbe/
ra ei rep̄ſentās. ſicut dicit ſanctꝰ Bern. Se/
curū habes acceſſum ad deū o hō ⁊c. Et ipſe
veluti piiſſimꝰ infans delectat̄ ab vbere ma/
tris ei rep̄ſentato Iſa. xj. Pete igit̄ a maria
grām ſeu vinū cōpunctionis qd̓ ſignatū eſt
in nuptijs Ioh. ij. Grām recōciliatōnis. ſic̄
mulier thecuites abſalon fratricide. ij. Reg.
xiiij. Gratiā ablutionis peccatoꝝ ſignatam
in libro regū per abigail Deletionē cyrogra
phi diaboli ſignatam per Heſter. que litte/
ras aman fecit irritari. Heſter. xvj. in fine.
Sic igitur pater ꝙ iure maria dicta eſt por/

ta ſterquilinij non quo ad ſe ſed quo ad noſ
quia per eam ſordes viciorum deponimus

SEptima ſtella ſe/
ptime corone btē ỽginis ſiue ſepti/
ma porta dr̃ porta fontis. q̃r beata
virgo eſt fons ille puriſſimus in quo feces
peccatoꝝ noſtroꝝ lauant̃ vt ſuperiꝰ dictū ē
⁊ ergo ad eā peccator recurrat tanq̃z ad fon
tem miſericordie. imo tanq̃z ad pincernā ve
nie. q̃r ipa eſt diſpēſatrix ⁊ pincerna grār̃um
imo vitis ⁊ cella vinaria. Vñ dicit Cant. ij.
Introduxit me rex in cellaria ſua. Propi/
nat igit̃ hec pincerna muſtū forte ⁊ calidū.
ſpūalem grām ꝑmo guſtantibꝰ. q̃ calefacti
⁊ a ſe alienati in amorē matris ⁊ filij dulcit̃ i
ardeſcūt. Potādo ſiquidē paup̱ cornua ſu/
mit que ſunt xp̄i dilectio ⁊ marie. vel dilectō
dei ⁊ primi. Iſidorꝰ dicit ꝙ muſtū vinū eſt
ſtatim e lacu ſublatū. ſed vinū dr̃ eo ꝙ potuſ
eius venas ſanguine cito repleat. Veteres
eni vinū venenū appellauerūt. ſed poſtq̃z in/
uentū eſt virꝰ letiferi ſucci. hoc vinū vocatū
eſt illud venenū Vñ Hiero. in li. de ỽginita
te. Virgo xp̄i vinū fugiat vt venenū ne pro
etatis calore feruenti vinū bibat ⁊ p̱eat. Vi/
num cōpunctionis penitendo lugentibus
qui dicere ei poſſunt. Potaſti nos o maria
vino cōpunctionis. Vinū leticie ſpūalis de
impetrāda venia p̱ eius adiutoriū ſpem cō/
cipientibus. de quo dicit̃. Vinū letificet cor
hominis. Vinū mixtū deuotiōis ipſam ex
corde inuocantibꝰ. hoc nō debet bibi ſine aq̃
lachrymaꝝ ne reddat hoiem ꝑſumptuoſū.
⁊ de hoc dicit ipſa filio. Vinū non habēt. Et
hoc bibit̃ in nuptijs xp̄i ⁊ anime penitentis
ad ipſum redeūtis. Et talibꝰ dicit ipa Pro/
uerb. ix. Bibite vinū qd̄ miſcui vobis. Vi/
num defecatū aduerſus vicia reluctantibꝰ.
Siquidē muſtū ſemp̱ ī motu eſt donec pu/
rum ab impuro ſep̱et. ⁊ donec impuꝝ infra
ita ꝙ ſb̄ ſint feces. Sic debet rō ſupponere ſe
ſenſualitati ⁊ carni ⁊ q̃buſlibet vicijs ⁊ pctīs
Ideo dixit dñs ad Caym Geñ. iiij. Sub te
erit appetitꝰ eius. i. ſenſualitatis vel peccati.
⁊ tu dñaberis illiꝰ. Vinum doctrine ſpūal̃
ſapiam filij que vera eſt libent̃ addiſcētibus

Hoc eſt vinū germinās virgines. hoc eſt re/
uirginans corruptas priꝰ mentes Zach. ix
Hoc vinū ꝓpinat ipa reuelans qbꝰ vult oc/
culta myſteria ſcripturaꝝ. Vinū dureicre/
pationis q̃bu ſdā horribiliter delinquētibuſ
Hoc vinū ꝓpinauit ipſa theophilo quē de
impietate ſua auſtere coarguit. ſed addidit
oleū cōſolationis ne de filij miſericordia de/
ſperaret. ⁊ ſic vulneribꝰ eius ſpūalibus infu
dit oleū ⁊ vinū Lu. x. Vinū amineū. i. albū.
ab a qd̄ eſt ſine ⁊ minio. caſtitati ſtudētibus
Et hoc eſt vinū germinās ỽgines. zach. ix. i.
virgineas cogitatiōes ⁊ affectōes. Germen
principiū eſt rei creſcentis. et humilitas ſem
per dicit. nūc cepi. Jō in germine notat̃ hu/
militas. Vinū roſeū qd̄ ſcil3 rubet vt roſa.
charitate feruentibꝰ. Et hoc eſt vinū vl̄ ſan
guis ille in quo iudas lauit ſtolam ſuam et
palliū. Geñ. xlviij. Vinū humane redēptōiſ
ſitim iuſticie patientibꝰ. Ad h̄ vinū inuitat
ipſa cū filio Iſa. lv. dicēs. Oēs ſitiētes ⁊c. ve
nite emite abſq̃z argēto vinū ⁊ lac. vt poſſit
dicere redemptꝰ illud Cañ. v. Bibi vinum
meū cum lacte meo. Vinū meraciſſimū ſa/
cramentū filij ſui digne recipientibus. de q̊
Deut. xxxij. Et ſanguinē vue biberēt mera/
ciſſimū. Hoc vinū ꝓprie dicit̃ vinū paſſum
q̃r de vua paſſa exprimit̃. i. de corp̱e ieſu xp̄i.
Floratū nouicijs ſibi ⁊ filio ſeruire incipien
tibus Raſpatū humilitatis feces peccatoꝝ
ↄculcantibꝰ. Vel feces ſuas. i. pctā p̄ oculis
cordis habentibꝰ. qui dicūt cū ps. Peccatū
meū ↄtra me eſt ſp. Ferratū ad honorē ſuū
⁊ filij ſui vitā ſuā artantibꝰ. Gariophilatū
aromatizans ſaporoſe ⁊ dulciter ſe ⁊ filium
laudantibus. Claretū ſapidiſſimū filij paſſi
onem ⁊ ſuā compaſſionē deuote recolētibꝰ.
⁊ tam filio q̃z matri ex toto affectu cōpatiēti
bus. Vinū huiꝰ clareti eſt ſanguis xp̄i q̊ eſt
vua d̄ quo dicit̃. Sanguinē vue bibe mera.
Ecce qualē fontē ⁊ q̃le vinū ꝓpinat nobis ỽ
go maria

OCtaua ſtella ſepti
me corone beate virginis ſiue octa
ua porta dicitur porta equorum.
et ſignificat velocitatem ſcilicet obedientie

Octaua ſtella ſeptime corone

quam beata virgo omnibꝰ exercitijs ꝑpo-
ſuit. Vñ cū in ſe votū ṽginitatis haberet. tñ
ꝑ obedientiā ſe reſignauit vt mater dei fierꝫ.
Hāc igit̃ obedientiā etiā ei exhibere dẽmus
Vñ ipſa ꝓmittit Eccl. xxiiij. Qui audit me
non ꝯfundet̃. gloſa. audit. i. obedit. Qui au
dit me. i. q̃ ſtudet mee informatōi ꝑ auditū
verboꝝ meoꝝ ⁊ eoꝝ inueſtigationẽ. non cō-
fundet̃. per auditū verbi aſperi Matth. xxv
Ite maledicti ⁊c. ¶ Et nota ꝙ ꝑncipaliter i
duobus locis inuenimus ꝙ maria obediẽ-
tiam ꝯſilijs ſuis petit exhiberi. ſ. Eccli. xxiiij.
Trāſite ad me oēs ⁊c. Et Ioh. ij. vbi dic̃ mi
niſtris. Omnia quecūqꝫ dixerit vobis faci-
te. Et ſubiūgit paulo pꝰ. qua vtilitate dicēs.
Qui audit me non cōfundet̃. ¶ Et nota ꝙ
in hac auctoritate qui audit me ⁊c. promittit
ipſa tribus generibꝰ hominū retributionē
Deuote audientibꝰ verba ſua. Unde. q̃ au
dit me non confundet̃. Et imitantibus eius
glorioſa exempla. Unde. ⁊ qui opant̃ i me.
id eſt. ꝓpter me. vel in me. i. ad exemplū mei.
non peccabūt. Vel qui operant̃ in me. tāqꝫ
ſup fundamentū. opa mea accipiētes in exē
plum. Item ꝑdicantibus eiꝰ precelſa ꝑmia
Unde. qui elucidāt me ⁊c. Primis ꝓmittit̃
premiū liberans a pena. Vñ. non cōfundet̃
Secundis premiū iuſtificans a culpa Vñ
non peccabunt Tertijs premiū eternitatis i
gloria. Unde. vitā eternaꝫ habebunt. Pro-
pter hoc etiā dicit̃ Prouerb. viij. Beatꝰ ho
mo qui audit me ¶ Nota ꝙ multa ſunt cō
ſilia Marie quibꝰ conſulit nobis animarū
ſalutẽ. Unde dicit̃ Prouerb. viij. Meū eſt
conſiliū ⁊ equitas ⁊c. Ipſa eſt eni rebecca q̄
dixit filio ſuo Iacob Gen. xxvij. Filij mi ac
quieſce cōſilijs meis ⁊c. ¶ Et nota ꝙ rebec-
ca iacob qui interꝑtat̃ luctator vel ſupplāta-
tor appellauit filiū ſuū. non eſau qꝛ ſoli lucta
tores ⁊ ſupplātatores vicioꝝ. filij Marie ſūt
digni hereditate ipſiꝰ. ⁊ ſoli tales poſſunt vo
care mariā matrẽ ſuam ¶ Cōſilia Marie.
Primū vt faciamꝰ pniam. q̄ notat̃ in ꝑpa-
ratione hedoꝝ q̊s ſibi precepit afferri a filio
ſuo. q̃ ſic acquiſiuit bñdictionẽ iſaac patris
ſui obediēdo ſcꝫ ꝯſilijs matris ſue ¶ Secū-
dum vt fugiamus diabolū volentẽ occide-
re nos q̃ ſignificat̃ ꝑ eſau. ſicut eſau ille vo-
lebat occidere iacob ¶ Tertiū vt cito reuer-
tamur ad dñm ſi receſſerimꝰ ab eo ꝑ pecca-
tum. Vñ Neemie. ij. rex ⁊ regina dixerūt ne-
emie. Quando reuerteris ⁊ vſqꝫ ad qd̕ tp̄s
erit iter tuū. tanq̃ꝫ ſi dicerent ei. feſtina reuer-
ti. ¶ Quartū vt obediamꝰ ſacerdoti et diui
no nuncio. ſicut ipſa Gabrieli dicens. Ecce
ancilla domini ¶ Quintū vt fugiamꝰ ſtre
pitum mundi ⁊ diligamus vitā ſolitariam
ſicut ipſa in cella orabat quando angelꝰ in-
greſſus eſt ad eā. ſicut dicit beatꝰ Bernardꝰ
¶ Sextū vt qñ laudamur terreamur mag̃
q̃ꝫ exultemus. ⁊ cogitemꝰ vtrū digne vel in-
digne. ſicut ipſa cogitabat qualis eſſet illa ſa
lutatio ¶ Septimū vt ꝯſtanter ꝑſiſtamus
quilibet in ſtatu ſue ꝓfeſſionis. ſicut ipſa pꝰ
votum virginitatis conſtāter rñdit. Quō
fiet iſtud quoniam virum non cognoſco.
¶ Octauū vt q̃libet ſuā voluntatẽ diuine vo
luntati cōformet. ſicut ipſa fecit rñdēs. Ecce
ancilla dñi. cuiꝰ eſt velle qd̕ dominꝰ eiꝰ vult
¶ Nonū vt quilibet ſpretis terrenis appetat
celeſtia. Unde ꝯcepto dño aſcēdit in mōta-
na cū feſtinatōe ¶ Decimū vt nobiliores ⁊
maiores etiā minoribꝰ ſe ſeruiant ⁊ miſtrẽt
ſicut ipſa miniſtrauit Elizabeth ¶ Undeci
mū vt mulieres pulcre ⁊ nobiles non ꝯtem-
nant viros ſuos. ſicut vaſti aſſuerū. ſic̃ ipſa
fabro non cōtempſit deſponſari q̃ꝫuis eſſꝫ d̕
ꝓgenie regali. Debemus igit̃ obedire conſi-
lijs ſuis ⁊ accedere ad vocantẽ nos. ad He-
breos. xij. Uidete ne recuſetis loquentē. Et
hoc duplici de cauſa. Propter reuerentiam
eius quia regina eſt. et propter periculū no-
ſtrum. qui inter demones ⁊ malos homīes
habitamus ⁊ viuimus in peccatis. Nolen-
tibus enim ei obedire dictura eſt aliquādo
illud Prouer. i. Deſpexiſtis omne ꝯſilium
meū ⁊c. Ego q̃ꝫ i interitu veſtro ridebo. i. nō
condolebo

Nona ſtella ſepti-

me corone beate ṽginis ſiue nona
porta dicitur porta aquarum. ⁊ ſi-
gnificat lacrimoſitatẽ quā beata ṽgo habu-
it non pro ſuis ſed pro alienis miſerijs. Et

ergo quia lachꝛyme noſtre nõ ſufficiũt nobꝪ
ꝓ venia impetrãda debemꝰ recurrere ad be/
atam virginẽ q̃ eſt aduocata noſtra ad filiũ
ſicut filiꝰ ad patrẽ. imo apud patrẽ ⁊ filium
ꝓcurat negocia noſtra ⁊ petitiões noſtras.
Unde dicimꝰ ei. Eya ergo aduocata nrã ⁊c.
Tã prudens ⁊ diſcreta eſt hec aduocata no
ſtra ꝙ nõ poteſt filiꝰ vindicare in eos ꝑ qui
bus illa allegat. qđ ſignat̃ in facto abigail. j.
Regũ. xxv. Que auertit iram Dauid a na/
bal ſtulto ſubtilitate verboꝝ ſuoꝝ. q̃ nabal
ſignificat peccatorẽ. tñ poſtea interfectus eſt
nabal. qꝛ noluit emẽdari. Deſignat̃ etiam ꝑ
illam mulierẽ ſapientẽ que ciuitatẽ abelam
liberauit ſapiẽtia ſua. ij. Regũ. xvj. Notã
dum igit̃ ꝙ multiplicẽ habemus aduocatũ
in curia dei. Aduocatꝰ ꝑmus eſt ſpũſſanctꝰ
qui poſtulat ꝑ nobis gemitibꝰ inenarrabi/
libus. Roma. viij. id eſt. facit nos poſtulare.
q̃ eſt amor patris ⁊ filij ⁊ placat nobis iram
patris. Secũdus eſt filiꝰ dei ſemꝑ viuẽs
ad interpellandum ꝑ nobis. Heb. vij. Qui
tanq̃ȝ bonꝰ pugil oſtẽdit patri ſtigmata paſ
ſionis. Impetrat etiã nobis filiꝰ a patre gr̃i
am ſpũſſancti. Unde dicit Jo. xiiij. Ego ro
gabo patrẽ ⁊ aliũ paraclitũ. i. ꝯſolatoreȝ da/
bit vobis. Et de hoc aduocato đr in ꝑma ca
no. Joh. j. Si quis peccauerit. aduocatum
habemꝰ apud patrẽ ieſum xp̃m iuſtũ. Iteȝ
ad Roma. viij. Jeſus xp̃s qui mortuus eſt
⁊ q reſurrexit ⁊ eſt ad dexterã patris etiam ĩ
terpellat ꝑ nobis. Eſt ergo filius aduocatuſ
noſter apud prẽm ⁊ impetrat nobis remiſſi
onem peccatoꝝ ⁊ grãm ſpũſſancti. vt dictũ ẽ
Et ſpũſſanctꝰ impetrat nobis grãm gemitꝰ
⁊ pñie. Tertiꝰ aduocatꝰ beata v̓go ꝑcipue
corã filio ſuo. ⁊ nobis generaliter impetrat
omne bonũ. Siquidẽ deerat nobiſ aduoca
tus apud filiũ anteq̃ȝ maria naſceret̃. Dixit
aũt pater Geñ. ij. Nõ eſt bonũ hoĩem eẽ ſo/
lum. i. nõ ſufficit vnicꝰ aduocatꝰ vel media/
tor aut interceſſor. humano generi in celo cũ
tot ⁊ tam ꝑiculoſas habeat cauſas corã me
Faciamꝰ ei adiutoriũ. i. beatã virginẽ q̃ alle
get ꝑ genere humano corã filio ſicut filiꝰ co
ram me. Propter hoc dicit̃ de ipſa in pſal.
Teſtis fidelis in celo. De hiſ duobus aduo
catis ſcȝ matre ⁊ filio dicit Berñ. Securꝫ ac
ceſſum habȝ homo ad deũ vbi mediatorem
cauſe ſue filiũ habet ante patrẽ. ⁊ ante filium
matrẽ. xp̃s nudato latere patri oſtẽdit latus
⁊ vulnera. maria filio pectꝰ ⁊ vbera. Nec po
teſt eſſe vllo modo repulſa vbi concurrũt et
perorant omni lingua diſertius hec clemen
tie monimenta ⁊ charitatis inſignia. Huic
aũt tante aduocate debemꝰ maximũ ſolari/
um gratiaꝝ actionis ⁊ ſalutatõis. ⁊ hmõi.
De iſta aduocata narrauit quidã ſanctus
homo. ꝙ cũ quidã religioſi cantarẽt illã an/
thiphonã Salue regina mie. ⁊ dicerent ver/
bũ illud Eya ergo aduocata noſtra ⁊c. plu/
ries in ſpũ ipaȝ matrẽ dñi vidit añ filij ꝑſen/
tiam ꝓſterni. ⁊ ꝓ totiꝰ illius ordinis ꝯſerua
tione ꝑcari. Quartꝰ aduocatꝰ noſter ẽ an
gelus. Uñ Dañ. xij. đr michael ſtare ꝓ filijs
ꝑpli ſui. Quintꝰ aduocatus eſt elemoſy/
na. Ecc̃. xxix. Cõclude elemoſynã ĩ ſinu pau
peris ⁊ hec ꝓ te exorabit ab oĩ malo. Sextꝰ
oratio. Unde ſuꝑ illud pſ. Intret in conſpe
ctu tuo oratio mea. dicit gloſa. Mag̃ virtuſ
pure orõis hic oſtendit̃. que q̃ſi quedã ꝑſo/
na ad deũ intrat. ⁊ illuc mãdatũ ꝑagit quo
caro ꝑuenire neq̃t. Dicit ergo intret. i. nõ ar/
ceat̃ ab eccĩa celi vt excõicata. q̃lis eſt orõ di/
uitũ qui nolũt audire pauꝑes. vel legẽ miſe/
ricordiã ꝑcipientẽ. Prouerb. xxviij. Qui de
clinat aurẽ ſuã ne audiat legẽ eiꝰ oratio erit
execrabilis. Orationes thobie q̃ interꝑtat̃ bo/
nus dñi. deferebant̃ a raphaele ante deum.
Thob. xij. Septimꝰ lachꝛyme. Grego. v.
moral. ſuꝑ illud Job. De mane vſq̃ȝ ad veſ
peram ſuccident̃. redimentes tp̃s q̃nĩa dies
mali ſunt. Tp̃s q̃đ ẽ redimimꝰ q̃ñ ꝑteritã vi
tã quã laſciuiẽdo ꝑdidimꝰ. flẽdo pijs lacri/
mis reparamꝰ. Amb. In oĩ culpa ꝑus flẽduȝ
eſt q̃ȝ petendũ

Decima ſtella ſepti

me corone beate virginis ſiue deci/
ma porta dicit̃ porta collis. ⁊ ſigni/
ficat operoſitatẽ. ſcilicet bona oꝑa faciendo.
in quibus beata virgo diligenter ſe exercuit.
Igitur ne nos tanq̃m infirmiores ieiuni in
hoc deficiamus. neceſſe habemus recurrere

ad ipſam vt nos paſcat et confortet. Jpa ei
dicit. Qui edunt me adhuc eſuriēt. ⁊ qui bi
bunt me adhuc ſitiēt. quaſi dicerꝫ. Qui dul/
cedinē meā guſtauerit in pn̄ti. adhuc plꝰ de
ea deſiderabit experiri. Paſcit Maria ſuoſ
conuiuas primo ⁊ digniori modo glorioſo
fructu ſuo qui eſt xp̄s quē ſumimꝰ in ſacra/
mento. qui fructꝰ fructuū dulcis ſuꝑ mel et
fauū. in quo plena eſt ⁊ vera refectio q̄ntuꝫ
ad militantes. vera ⁊ eterna fruitio quantū
ad triumphātes. ⁊ ꝓpter vtroſqꝫ dicit xp̄us
Joh. vj. Caro mea vere eſt cibus ꝛc. Se/
cundo carne ſua v̓ginali. Unde dicit. Qui
edunt me ꝛc. Similit̄ i ſacramēto. vbi ſumi/
tur caro xp̄i. qꝛ caro xp̄i ⁊ caro marie. ſic̄ ca/
ro matris ⁊ filij vna caro. Vn̄ apl̄s loquēs
de matre ⁊ filio. j. Corꝫ. vj. Erūt inq̄t duo. id
eſt. xp̄s ⁊ virgo in carne vna. Sic̄ dixit adā
Gen̄. ij. Delicatiſſimū ferculū carneꝫ virgi/
neam manducare. Tertio verbis ſuis po
ſitis in euangelio que verba dei ſunt. ⁊ q̄ do
cuit eā ſp̄us veritatis. qꝛ nō in ſolo pane vi/
uit homo ꝛc. Math. iiij. Propter hoc d̓ ea
d̓r Eccl̄i. xv. Cibabit illum. i. amatorē ſuū. pa
ne vite ⁊ intellectꝰ. id eſt. doctrina verbi dei.
que dat intellectū credentibꝰ. et hoc in pn̄ti.
⁊ in futuro pane angeloꝝ. id eſt. dei fruitiōe.
De quo pane d̓r Luc̄. xiiij. Beatꝰ q̄ mādu.
pa. i regno dei. Uel pane vite. i. filij ſacramē/
to. qui eſt panis viuꝰ qui de celo deſcendit.
Joh. vj. conferens hic vitā gratie. in futuro
vitā glorie. Jpa eni ꝓcurat amatoribꝰ ſuis
grām digne celebrandi ⁊ communicādi.

Quarto q̄ſi quibuſdā delicatiſſimis fer/
culis exēplis ſue ſanctiſſime ⁊ virtuoſiſſime
ꝯuerſationis. Vn̄ dicit. Qui edūt me. i. qui
meā ꝯuerſationē ſibi incorꝑant. adhuc eſu/
rient. qꝛ nō parit faſtidiū ſꝫ deſideriū. Cōuer
ſatio eni ſancta cuiuſcūqꝫ q̄ trahit̄ in exēplū
cibus eſt ſp̄ualis reficiēs ⁊ ſaginās. Vn̄ di/
ctum eſt petro Joh. in fine. Paſce oues me
as. exemplo ſcꝫ honeſte ꝯuerſationis. Mul
to fortiꝰ ergo reficit ⁊ paſcit ꝯuerſatio virgi
nis. cū ipſa ſit panis omne delectamentū in
ſe habēs ⁊ oīs ſaporis ſuauitatē. Sapie. xvj.
Jdeo ipa dicit Cant̄. v. Comedite et eritis
amici. bibite ⁊ inebriamini ⁊ eritis chariſſi/
mi. Jmitatio aūt operꝫ illiꝰ duplex eſt. Uel
exemplo eiꝰ bn̄ oꝑari. ⁊ hoc eſt edere. qꝛ ma
ſticādo laborat̄. vel exēplo eiꝰ in ſe extingue/
re prauas ꝯcupiſcētias. et hoc eſt bibere. i q̄
ſitis extinguitur. Quinto modo paſcit ſe
ipſa quaſi totaliter. Jpſam eni comedere ē
amore ⁊ deuotione ipām ſp̄ualiter reficere.
Jpſam eni comedit quaſi fauū mellis q̄ in
eius eloquijs delectat̄ dicens illi. Quā dul/
cia faucibꝰ meis eloquia tua ꝛc. Itē q̄ v̓tu/
tes eius ⁊ beneficia ſepiſſime ad mentē reuo
cans ꝓrumpit in vocē confeſſionis ⁊ laudiſ
vt in voce exultationis ⁊ confeſſionis ſit ſo/
nus taliter epulantis. ꝓpter hoc ei competit
illud qđ dicit̄ de ſuperna hierl̄em Jſaie. lj.
Gaudiū ⁊ leticia inueniet̄ in ea. ab illis ſcꝫ q̄
eam comedūt. gratiaꝝ actio et vox laudis

Sexto paſcit omni edulio delicato et ſa/
pido. quia eſca vniuerſoꝝ in ea. Dan̄. q̄rto.
Nā ipſa eſt archa de qua dixit deꝰ pater vo
noe. i. filio carnē ſumpturo. Gen̄. vj. Tolles
tecū ex omnibus eſcis que mandi poſſunt ⁊
comportabis apud te. Jpſa ſiquidē pane vi
te nos reficit. vt dictū eſt. carnibꝰ agni ima/
culati. Exo. xij. frumento primo. ſi fuerimus
columbini Ezechi. xxvj. piſce fidei. ouo ſpei.
pane charitatiſ. pomis odoriferis ſctē opini
onis. vua paſſa. id eſt. memoria paſſionis.
malogranatis in quibꝰ ſub vno cortice mul
ta grana ordinabiliter diſponūtur. faciens
nos conuerſari ⁊ diligere vnitatē fraternita
tis. Piſce aſſo. ſubminiſtrans nobis gratiā
fraterne compaſſionis. Piſcis enim aſſat̄
quando piꝰ affectꝰ aliena miſeria vrit̄. ſicut
ſanctus paulꝰ. ij. Corꝫ. xj. Quis infirmatur
ꝛc. Propter hoc dominus piſcem aſſum co
medit Luc. xxiiij. His et alijs cibis deuotio
nis ⁊ oleo leticie ſpiritualis beata virgo noſ
paſcit

Undecima ſtella ſe
ptime corone beate v̓ginis ſiue vn/
decima porta dicit̄ porta iudicialiſ
⁊ hec ſignificat charitatē qua deo reconcilia
mur. qđ precipue factū eſt ⁊ quotidie fit per
beatā virginē mariā. Unde ipſa dicit̄ alta/
re placatōnis dn̄i qꝛ placat̄ erga peccatores

cum ſup hoc altare offerūt dona ⁊ ſacrificia
ſua. De quo altari ipſe dicit Iſa. lx. Offerēt
ſuper placabili altari meo ⁊c. Naum. p̄mo.
Celebra Iuda feſtiuitates tuas ⁊ redde vo
ta tua. Ut ergo viri ſancti ad eternā feſtiui-
tatē poſſint p̄uenire. modo implēt ea ſpūali-
ter que ſolēt fieri lr̄aliter in vigilijs ſanctorū
Ut enī beat⁹ Berñ. dicit. Preſens vita eſt
quaſi quedā vigilia future feſtiuitatis. In
vigilijs balneat̄. ⁊ in balneo deſignat̄ contri
tio que eſt p̄mū lauacrū anime vbi xp̄us ad
amat animā. Qđ deſignatū eſt in hoc q̄ da
uid q̄ xp̄m ſignat vidit ſcꝫ oculo mīſicordie
Berſabee. i. animā penitentē ſe lauantem in
balneo ꝯtritionis. ⁊ adamauit eam. Caput
abluit̄. i. mens p̄ confeſſionē. que eſt ſecūduꝫ
lauacrū anime. De hac duplici ablutōe. ſ. p̄
cōtritionē ⁊ ꝯfeſſionē dr̄ Iſa. j. Lauami la-
uacro contritiōis ⁊ ꝯfeſſionis. in quo om̄ia
lauant̄. Mundi eſtote. i. in mundicia p̄ſeue
rate poſt lotionē. q̄r aliter non prodeſt lotio.
Et hec p̄munit cōtra recidiuū. Cōfeſſio eniꝫ
vera mūdat animā ſicut ſcopa domū. ſicut
lixiuiū telā. ſicut balneū carnē. ſic lima ferrū
ſicut ablutio pedē vel manū. Ueſtis mūda-
tur. i. caro que eſt veſtiſ aīe. Uñ. Pelle ⁊ car
nibus veſtiſti me. Silr̄ p̄ cōtritionē. ꝯfeſſio-
nem. diſciplinaꝝ ſuſceptionē. abſtinentiam.
elemoſynaꝝ largitōnē. ⁊ maxime p̄ lacrima
rum effuſionē Domus ꝯſciētie mundat̄ a
ceno luxurie. puluere auaricie. araneaꝝ tel̄.
id eſt. vanitate ſupbie Qđ totū fit tā ſpūalia
q̄ꝫ carnalia vicia veraciter ꝯfitendo. Et etiā
quādo ſatagun⁹ vt caſtra noſtra ſācta ſint.
⁊ vt nihil feditatis in ipſis appareat. ne dere-
linquat nos dñs deuſ noſter. Deutero. xxiij
Barba radit̄ ⁊ corona. Greg. ſuper Iob.
Barbā ſibi radunt q̄ ſibi de p̄prijs viribus
fiduciā ſubtrahūt. Raſio enī barbe q̄ ſigni-
ficat virilitatē eſt amputare a ſe de p̄prijs vi
ribus p̄ſumptionē. Sicut ergo barba tollit̄
ante feſtū. ſic ſi vis venire ad feſtū eternū ne-
ceſſe habes tollere p̄ſumptioneꝫ de virilitate
tua. vt ſis vir videns paupertatē tuam Tre
norum. iij. Et humiliatio tua in medio tui.
Mich. vj. Item in raſione corone caput de
ſuper raditur. ad deſignandū q̄ animus no
ſter debet eſſe mundus ad deū. ⁊ temporalia
que quaſi capilli p̄pter neceſſitates continu
as capiti. id eſt. menti adherere cogunt̄. non
occupent partē anime principalē. ſed depen
deant tanq̄ꝫ a latere. ⁊ breues ſint. vt in men
tibus noſtris tēpalia decurtent̄ p̄ contem
ptum. non protrahant̄ per deſideriū ⁊ amo
rem. Unde vbi tēpalia perfectius cōtem-
nunt̄. ibi breuior eſt tonſura. Capilli circum
ciduntur. vt dictū eſt Capilli cogitationum
ſuperfluitas. Hieremie. j. Tolle capillū et p̄
ijce. Item Mich. j. Decaluare ⁊ tondere ſu
per filios deliciaꝝ. Unde penitētia dicit̄ for
ceps. quia ſuperflua tollit ⁊ ſolummodo ne
ceſſaria admittit. Ungues reſcinduntur. p̄
quos ſignat̄ rapacitas que tanto dānabili-
or quanto ſolennitas ſublimior. Hom⁹ or-
natur. id eſt. conſcientia diuerſis virtutibus
tanq̄ꝫ cortinis vel ramis ⁊ frondib⁹ foliatis
que deſignāt virorē eternorū. que tunc ma-
xime debēt inquiri per orationē ⁊ deſideriuꝫ
Iob de onagro. xxxix. virentia queq̄ꝫ p̄q̄rit.
A ſeruili opere ceſſat̄. id eſt. a peccato qđ fac̄
hominē ſeruū diaboli. Ioh. viij. Qui facit
peccatū ſeruus eſt peccati. ij. Pet. ij. A quo
quis ſuperat⁹ eſt eius ⁊ ſeru⁹ eſt. Ideo dici
tur Leuit. xxiij Omne op⁹ ſeruile ñ facietis
in eo. Et nō ſolū ab ope ſeruili ſꝫ etiā ab opi-
bus neceſſarijs ⁊ licitis alijs dieb⁹. Uñ ī eo
dē caplō dr̄. Omē op⁹ nō facietis in eo ⁊c
Holocauſtū multiplex dño offert̄. Uñ ibi-
dem. Et holocauſtum offeretis dño. Maxi
me aūt ſacrificiū ꝯtritiōis et recogitationis
peccatorū ſuoꝝ in amaritudine anime debꝫ
a fidelibus feſtiuis dieb⁹ dño imolari. Uñ
Leuit. xxiij. Sabbatū requietionis eſt. af-
fligetis animas veſtras. Ois aīa q̄ afflicta
non fuerit die hoc peribit de populis ſuis. et
hec debent fieri ex diuino amore. Unde ī eo
dem capitulo dicit̄. Offeretis ſacrificium in
igne dño

Duodecima ſtella

ſeptime corone beate virginis ſiue
duodecima porta dicitur porta re-
galis. Et hec ſignificat ſanctitatē ſcꝫ q̄ ad cō
ſcientiā. pn̄iam. et conuerſatiōis redolent. ā

Duodecima stella septime corone

Et vt hanc sanctitatē possimꝰ obtinere debemus nostre mētis intuitū iugiter ad beatā v̓ginē dirigere. ⁊ ad ipām intuendā sp̄uales oculos attollere. Vñ Ecci. iiij. Qui intuet̄ illā. i. sapiām vl' xp̄m in cruce vl' ipsam Mariam. intuet̄ inq̄z oculo fidei ⁊ p̄e dilectōnis. vt ad eā iugiter stillet oculus serui sui. Job. xvj. Permanebit p̄fidens in die iudicij. Ut etiā possimꝰ dicere illud. j. Mach. Dñā nostra ad te sunt oculi nostri ne pereamꝰ. Itē illud. ij. Paral. xx. Cū ignoremꝰ q̄d agere debeamꝰ. h' solū refugij habemꝰ vt oculos nostros dirigamꝰ ad te. Itē vt de ea dicamus. Prouidebā dñam meā in cōspectu meo sp ⁊c. ¶ Nota q̄ intellectꝰ ⁊ affectꝰ noster duo sunt oculi. q̄bus filiū ⁊ matrē debemꝰ parit̄ intueri. sicut acies oculoꝝ corpaliū ad ide3 pariter dirigunt̄. Sꝫ multi oculū sinistrū. i. intellectū vertūt ad celū p studiū. ⁊ dextrū. i. affectū vertūt ad terrā. Hi sunt q̄ fedꝰ ineūt cū naas. i. diabolo. j. Regū. v. Qui eis eruit oculos dextros a capite. i. xp̄o. Quia cor eꝰ exultat de nostra emēdatiōe. ⁊ cor nostrū ei cōgratulari debet de grā quā inuenit apud deū. ⁊ de ceteris bonis q̄ data sunt ei. Jō designat̄ p sarā q̄ dicit Geñ. xxj. Risum fec̄ mihi dñs. ⁊ quicunq̄z audierit cōridebit mihi. Risum enī fecit dñs marie in ↄceptione saluatoris. cū ⁊ ei ⁊ in ea nobis arrisit. Uel cu3 tam ei q̄z nobis dedit ridēdi ⁊ gaudēdi materiā. Vñ ⁊ in partu eiꝰ dixit angelꝰ ad pastores. Annūcio vobis gaudiū magnū Luce. ij. Ecci. lj. Letatū est cor meū in illa. et ambulauit pes meꝰ. i. affectus iter rectū. s. mandatoꝝ dei. Ecce fructꝰ huiꝰ gaudij. Jō etia3 dicit beatꝰ Ansel. q̄ assidue rogāda est Maria vt ⁊ cōgratulatio beatitudinis eiꝰ sit sp ad nos ⁊ cōpassio miserie nostre sp sit apud eam. Debemꝰ etiā ei de corde cōpassionem. ⁊ tā matri q̄z filio ↄdolere ⁊ cōpati. q̄z et xp̄i passio ⁊ marie cōpassio cuiꝰ aīam filij gladius ptransiuit. a nobis exigūt cōpassionis affectū. q̄a si cōpatimur ⁊ cōregnabimꝰ. s'c'da Thimo. ij. Et si fuerimus socij passionū. erimus ⁊ consolationū. ij. Cor. j. ¶ Et nota si supradictā sanctitatē obtinere voluerimus. debemꝰ marie reuerentiā exhibere ne videlicet corā oculis eius aliq̄d indecēs cogitare. desiderare. ↄsentire aut facere audeamus. ne illos misericordes oculos q̄ nō possūt respicere ad iniquitatē auertat a nobis. Jpa enī est mulier illa fortis de qua Prouerbioꝝ i fine dr. Cōsiderauit semitas. i. secretas cogitationes cōscientiaꝝ domꝰ sue. i. familie sue. Et nō solū reuerentiā sed ⁊ timorē ei debemꝰ vt corā ea nō cogitemꝰ nedū faciamus turpia noxia vel iniqua. Peruerse enī cogitationes separāt ab ea ⁊ a filio eiꝰ. Sap. j. ¶ Et nota vndecim bona que exēplo filij fac̄ ipsa timentibꝰ se. Protegit enī eos potent̄ ab omni aduersitate ⁊ ↄ potentiā malignoꝝ spirituū. Berñ. Nihil sic metuūt ⁊c. Firmamentum v̓tutis. q̄z dat firmamentū v̓tutibus. q̄s suis orationibꝰ impetrat eis a filio ⁊ confirmat eis ipsas v̓tutes. Regimen ardoris. q̄a misericorditer in nobis refrigerat ↄcupiscētias quas diabolica suggestio inflammat. Umbraculū meridiani. i. refugiū ↄ estu3 p̄secutionis vrentis ⁊ feruētis. sicut sol i meridie vrit ⁊ feruet. Uel ↄtra incētiua libidinis. Depcatio offensionis. quia pro offensione hominū filiū deprecat̄. Et adiutoriū casus. q̄a timentibꝰ se p̄cauet a casu. i. ne cadant in peccatū vel in infernū. Et etiam erigit eos si forte ceciderint. Vñ orat eā eccl'ia. Succurre cadenti sur. q̄ cu. ↄplo. Exaltat paupere3. i. sp̄u humilē vt sedeat cū principibꝰ. i. angelis ⁊ sanctis ⁊ soliū glīe teneat. Et illuminans oculos mētis intellectū sc3 ⁊ affectū. De quibus habes supra. Dans sanitatē ↄscientie et vitā gratie. Et benedictionē glīe. Et nota q̄ h' omnia fuerat filiꝰ matri q̄n ↄcepit ipsum.

¶ Octaua corona et prima stella eiusdem

Octaua corona capitis gloriose virginis marie est corona fecūditatis qua nō tā corpe q̄z mente fecūda et deo grata extitit ¶ Duodecim stelle huiꝰ corone sunt duodecim noīa amicabilitatis siue familiaritatis q̄bus Maria p̄bat̄ secretior ⁊ familiarior fuisse xp̄o q̄z aliqua mlier

ſeu ſpōſa ſuo viro aut ſpōſo ¶ Prima ſtel
la eſt ꝙ beata virgo dicit̄ mater. Secūda ꝙ
dicit̄ amica. Tertia ꝙ ſoror. Quarta ꝙ cha
riſſima. Quinta ꝙ filia. Sexta ꝙ ſpōſa. Se
ptima ꝙ columba. Octaua ꝙ formoſa. No
na ꝙ vxor. Decima ꝙ v̓go. Undecima ꝙ vi
dua. Duodecima ꝙ regina ¶ Prima igi
tur ſtella huiꝰ octaue corone eſt ꝙ beata vir
go d̓r mater. q̄r habuit vnū filiū naturalē et
multos filios adoptiuos. vt ſcḋm aplm̄ Ro.
viij. ipſe p̓mogenitꝰ ſit in multis fratribus.
Qualiter aūt ad grām eiꝰ ꝯſequendā et vt
filij ipſiꝰ eē poſſimꝰ nos debeamꝰ abilitare.
oñdit Eccī. xxiiij. cū dicit. Ego mater pulcre
dilectiōis ⁊ timoris ⁊ agnitiōis ⁊ ſancte ſpei
Primi ergo quoꝝ vult eē mater ſunt q̄ pul
cram habēt dilectionē. Et dicit̄ pulcra dile
ctio ad differentiā triplicis turpis dilectōis.
Mundialis q̄ turpis eſt. carnalis q̄ turpi
or. malicioſe que turpiſſima. Prima eſt in
anis glorie ⁊ terrene ſubſtātie. ſecūda gule ⁊
luxurie. tertia iniquitatis ⁊ neq̄tie. ſ. i. odio ⁊
ira. De p̓ma dicit̄ Hiere. ij. Ambulauerūt
poſt vanitatē. vani facti ſunt. Hoc de inani
gloria. Itē Treñ. iiij. Qui nutriebant̄ ī cro
ceis amplexati ſunt ſtercora. i. tp̄alia. Hoc d̓
terrena ſubā. De ſecūda Eccī. xiij. Qui teti
gerit picē. i. gulā inuiſcantē ⁊ luxuriā coinq̄
nantē. inquinabit̄ ab ea. De tertia dicit au
toritas. nō deſerit maliciā q̄ diligit. ſup illud
p̄s. Dilexiſti maliciā ſup benignitatē. Ideo
talis dilectio turpiſſima ⁊ peſſima eſt ꝛc. Et
timoris. ⁊ ad de pulcri timoris. Pulcer q̄dē
timor eſt ille timor dei q̄ nihil negligit Eccli.
vij. Hūc timorē habet q̄ nihil agit de obmit
tendiſ. nihil omittit de agēdiſ. Itē q̄ nihil lo
quit̄ de tacēdis. ⁊ q̄ nihil tacet de loquendis
Sic de cogitationibꝰ ⁊ alijs. Timor aūt hu
manus ⁊ mūdanꝰ turpes timores ſūt. Ti
mor aūt ſeruilis pulcer eſt q̄ ⁊ ſi non expellat
peccatū qḋ inuenit. tñ ꝓhibet ne īueniat pec
catum. Pulcrior timor initial̄. De q̊ dictū ē
Qui deū timet nihil negligit. Pulcerrimuſ
timor filialis. de quo p̄s. Timor dñi ſanctꝰ
ꝑmanēs in ſeculū ſeculi. Et agnitōis ſuꝑple
pulcre. Pulcra eſt agnitio q̄ eſt ex fide et ſa
cre ſcripture ſciētia. pulcrior q̄ eſt ꝑ reuelatō

nem ⁊ intelligentiā ꝓphetica. pulcerrima q̄
ex ipſa fidei reuelatōe ipſiꝰ rei credite pñtia3
habet ⁊ experientiā Et hec erit in patria. De q̄
dñs Lu. x. Multi reges ⁊ ꝓphete voluerūt
ꝛc. Et ſancte ſpei. Sancta ⁊ pulcra ſpes eſt
que eſt ex fide ⁊ meritis ꝓueniēs. ſanctior et
pulcrior q̄ eſt ex reuelatione ⁊ teſtimonio cō
ſcientie. De qua apl̄s. ij. Cor. j. Gl'ia noſtra
hec eſt teſtimoniū ꝯſciētie noſtre. Sanctiſſi
ma ⁊ pulcerrima q̄ eſt ꝑ ſecuritatē inamiſſi
bilem. De qua apl̄s Ro. viij. Scio q̄a ne
q3 mors neq3 vita ꝛc. poterunt me ſepare a
charitate dei. He ſunt p̄cioſe generatiōes q̄
bus gl'ioſa v̓go ꝓmittit ſe adimplere tranſe
untes ad ſe. Vñ dic̄. Trāſite ad me oēs qui
cōcupiſcitis me ⁊ a gene. ꝛc. ¶ Et nota ꝙ di
lectio eſt ad premioꝝ acq̄ſitionē. Timor ad
acquiſitoꝝ ꝯſuatōz. Iſa. xxxiij. Timor dñi
ipe theſaurꝰ eiꝰ. Agnitio ad deſiderij inflā
matōnē. vt qḋ agnoſcimꝰ ampliꝰ appetamꝰ
Spes q̄ nō ꝯfundit. Ro. v. ad ꝯfirmatiōz.
In hec ergo ꝙ beata v̓go inuitat nos ad gene
ratiōes ſuas. monet nos ad motꝰ ꝯtēplatio
nis ſcḋm q̈druplicē materiā eiꝰ. ſ. qḋ appetēdū
qḋ fugiendū. qḋ credendū. qḋ ſperādū. Ap
petendꝰ eſt deꝰ. fugiendū pctūm. timēda ge
henna. ſperāda celeſtis patria. Dilectō mo
uet ad petendū. timor ad fugiendū. agnitio
ad credendū. ſpes ad ſperādū. Hoꝝ q̈ttuor
ſe dicit matrē. ſ. pulcre dilectōis. quā a d̓o dā
te accepit ⁊ in lucē emiſit. Pulcra dilectō eſt
nihil ſub deo diligere. q̄r q̄cūq3 modo tāgūt̄
ſtercora īficiūt. iō apl̄s oīa reputauit vt ſter.
vt xp̄m lucri. Phil. iij. ſi q̄dē abraā iſaac ⁊ ce
teri ſancti. ſara ⁊ rebecca habuerūt ſanctā di
lectionē. nō tñ oīmode pulcrā. q̄r amor eoꝝ
diuiſus fuit ꝑ tp̄alia. S3 amor Marie fuit
purꝰ q̄r indiuiſus. q̄r tp̄alia plene cōtempſit
⁊ in nullo ab eis fuit coinq̄nata. Sic v̓gini
tatē p̓ma vouit. ⁊ ideo dicit̄ mater pulcre di
lectiōis quā adīuenit ⁊ ī lucē emiſit. ſic mat̄
pueꝝ quē ꝯcepat. Eſt etiā mater timoris do
cens fugere qḋ fugiendū eſt. i. pctūm. quod
ipſa p̓ma nō ſolū fugit ſ3 etiā occaſiōes pctō
rum declinauit. iō d̓r porta clauſa. ſ. occaſio
nibus pctōꝝ Ezech. xliiij. Et ipſa cōtriuit ca
put ſerpētis Geñ. iij. Et etiā initiū tēptatōis

ſignata p iael.q̄ Judic.v.malleo timoris p⸗
cuſſit caput ſyſare.⁊ p Judith q̄ caput holo
fernis amputauit.Judith.xiiij.Et agnitio⸗
nis.i.reuelate fidei q̄ ſcȝ fidei reuelatō ab ip̄a
⁊ in ipſa facta eſt.q2 ip̄a dedit exēplū credēdi
q̊d credendū eſt.Vñ dictū eſt ei Luce.j.Be
ata q̄ credidiſti.Ip̄a eſt ei luna.exēplo fidei
mundū tenebroſū illuminās Cañ.vj.Pul⸗
cra vt luna.Et eſt ſtella.exēplo fidei magos
ad xp̄m adducēs Matth.ij.Ip̄a etiā auro
ra terminans noctē infidelitatis ⁊ diem.i.lu
cem fidei adducēs.Ipſa etiā mater ſolis iu⸗
ſticie.Malach.iiij.Et lucerna grē ⁊ fidei po
ſita ſup candelabꝝ Matth.vj.Et iō mater
agnitiōis.Et ſancte ſpei.que exēplo ſue ſpei
docuit q̊d ſperandū Nouit enī ꝙ vnū eſt ne
ceſſariū.Lu.x.Vñ fuit exēplū non ſolū ſpei
ſed ⁊ ſancte ſpei.i.īmobilis Cadentib⁹ enim
ſtellis de celo.i.diſcipulis a fide.⁊ dicētibus.
nos ſperabam⁹ ⁊c.Lu.vl.Ip̄a ſola manſit
fixa in firmamēto.i.xp̄o q̊ eſt firmamentuȝ
diuidēs aq̄s ab aquis Geñ.j.Nō ei extincta
eſt in nocte dn̄ice paſſiōis lucerna ei⁹.id eſt.
tra ſuā ꝯſciam iacere gloriet̄. Nibilqꝫ appe-
tere iā de ſeculo pōt q̇ ſeculo maioꝛ eſt. Hec
ille. Tria aūt ſolitariꝰ ſiue ſeruꝰ beate v̓gis
p̄cipue debꝫ fugere ⁊ ꝯtēnere. ſ. vinū. delicias
⁊ mulieres. Vñ glo. ſuꝑ climacū. Fuge fu-
ge q̇ monachꝰ ſiue ſeruꝰ beate v̓ginis es. de
licias. vinū ⁊ mulieres. q2 tibi ſunt cauſa pec
cati ⁊ apoſtatare faciūt ſapiētes. Nā ⁊ iuſtꝰ
loth ꝓpter iſta p̄uaricatꝰ eſt. Vinū igit̄ ſine
mēſura potatū ⁊ mlieꝝ familiaritas ⁊ collo
quia nō ſolū lacrimas ſꝫ exterminānt omē bo
nū. Hec ibi. Sapiētis eſt igit̄ ſegregare ſe a
voluptatibꝰ carnis eleuare aīam atqꝫ a cor-
pore abducere. Hoc eſt eñi ſe boīeꝫ cognoſce-
re. Que eleuatio ⁊ cognitio in ſolitudine ac
quirit̄. Vñ Hiero. ad Paulinū. Si cupis
eſſe qͦd diceris monachꝰ. i. ſolꝰ. quid facis in

vrbibꝰ q̄ vtriqꝫ nō ſunt ſoloꝝ habitacula ſed mltoꝝ ⁊c̄. Obſecro itaqꝫ te vt multitudineꝫ hoīm ⁊ officia ⁊ ſalutatiōes ⁊ ꝯuiuia velut q̄ſdā cathenas fugias voluptatū. Hec ille.

¶ Nil igit̄ ſtudioſe mēti ⁊ ſeruo btē v̓ginis tā ꝯgruū ſicut ſolitudo. Nā q̄ cū multis eſt ſecū nō eſt. Et q̄ ſibi abeſt ꝯtēplari neq̄t. Ita qꝫ ꝯtēplatiōis locꝰ eſt ſolitudo. Itē in ꝓuerbijs ſapientū. Solitudinē q̄rat q̄ vult innocent̄ viuere. Et Ouidiꝰ. Viue tibi ⁊ nomīa lōge mag̃ fuge. Et iuxta Sen̄. A turba q̄ꝫtū potes te ſepara ¶ Initiū eni vt q̄dā dicit religioſe diſpoſitiōis eſt vt frequētiā hoīm deuitātes in ſequeſtꝝ corpꝰ ⁊ aīaꝫ ꝯtrabamꝰ. Oīs eni grā a mūdi exordio cōicata exhibita eſt in ſeq̄ſtro. Sic ⁊ ſeruꝰ beate v̓ginis ſi grām dei ꝯſeq̄ voluerit ab oī cōmertio mūdanoꝝ ꝑ q̄ nos ꝯtingeret frequētie hoīm intereſſe ad imitationē dn̄i q̄ ꝓpter nos ſe trāſtulit in deſertū ſe penitꝰ retrahat. Sic abraā familiaritatē dei cupiēs ꝯſeq̄ a terra natiuitatis ſue ſe elōgauit ⁊ audire meruit a dn̄o. Ego deꝰ oīpotēs ambula corā me ⁊ eſto ꝑfectus. ponāqꝫ fedꝰ inter me ⁊ te. ⁊ multiplicabo te vehemēter nimis. Sic moyſes dū gregē ad interiora deſerti minauit. ⁊ portētū ardentis rubi videre meruit. ⁊ dn̄m ſibi d̓ celo loquentē audiuit. Sic iacob bn̄dictionē patris obtinuit ꝓ eo ꝙ eſau egrediēte dn̄s ſpreuit. ipe domi ſꝑ māſit. Vn̄ Gen̄. xxv. Iacob vir ſimplex ⁊c̄. Sic dn̄s in deſerto ꝑplm̄ ſuuꝫ pauit mānate qđ ei defecerat cū ad terraꝫ ꝑmiſſionis tāq̄ꝫ ad ꝓpria ꝑueniſſet. Sic dn̄s Ezech. nūc in campū egredi iubet. nūc īcludere ſe in medio domꝰ ſue. vt cuꝫ eo loquat̄ dn̄s ⁊ ei ſpūm ꝓphetie infundat. ꝓpt̄ qđ dic̄ p̄s. Quis dabit mihi pē. ſicut co. ⁊ vola. ⁊ requieſcā. Qđ tn̄ deſideriū ꝯſecutꝰ eſt cū dicebat. Factus ſum ſicut pal. ſo. in tec. ¶ Sed q̄d de veteribꝰ dicimꝰ q̄bꝰ in figura oīa contingebāt. cū etiā ħ noſtris ſanctis ī clara luce euāgelice v̓itatis legimꝰ eueniſſe. Nā ī exordio noſtre redēptiōis cū angelꝰ miſſus eſſet ad beatā v̓ginē intrauit ad eā. Vide Bernardū ſuꝑ miſſus eſt. Itē dn̄s aſcēdēs ī celum docuit diſcipulos ſuos dicēſ. Vos aūt ſedete in ciuitate ⁊c̄ Hāc etiā regulā ⁊ doctrinam ſeruꝰ btē v̓ginis teneat ⁊ in ciuitate hoc eſt in ſecreto ⁊ ſolitudine maneat vt ſic ḡtiaꝫ ſpūſſancti ꝑcipere valeat

¶ Tertia ſtella ſiue virtus eſt q̄ ſit mundus

MUndus debent eſſe mūdi ⁊ īmaculati ſui ⁊ laudatores marie. Ipa eſt ei ortus ꝯcluſus fons ſignatꝰ Can̄. iiij. Nec intrandū eſt in ortū floridū ⁊ delicioſum pedibꝰ lutulentis. nec aq̄ puriſſimi fontis ſordidis eſt manibꝰ hauriēda. Ad agēdū eni de btā v̓gine nō eſt niſi mūdo corde ⁊ purificatis cogitationibꝰ accedēdū vt cū ea dicere valeat ſuꝰ eiꝰ. In habitatōe ſctā corā ipo. i. filio vel corā ipſa. ſ. matre miſtraui. Facta ei habitatō idē eſt qđ mūda a terra eleuata ⁊ firma conuerſatio Qui eī immūdi ſunt nō miniſtrāt in ſctā habitatiōe. ſilr̄ nec aꝑpetētes plꝰ iuſto terrena nec ꝯuerſantes ī terra. Corā ipo vel ipſa miniſtraui. ¶ Hic nota q̄ttuor. Celeſte deſideriū vt an̄ deū ⁊ matrē eiꝰ ſit oē deſiderium noſtrū ⁊ noſtra ꝯuerſatio in celis. Iteꝫ corā ipo. i. ſimplicit̄. i. ſimplici oculo nō faciens iuſticiā tuā corā hominibꝰ vt lauderis ab eis ſꝫ nihil aliud q̄ras niſi ipm̄. Itē corā ipſo. i. ſtrenue. Oīa eni apta ſunt oculis eiꝰ. Propriū eſt eni oīs ſerui etiā pigri q̄ꝫdiu p̄ſens eſt dn̄s eiꝰ ſtrenue oꝑari. Boetiꝰ. Magna nobis ⁊c̄. Vel corā ipo. i. in beneplacito eiꝰ. Itē corā ipſo. i. reuerent̄ corā tāto dn̄o ⁊ tāta dn̄a cū etiā corā dn̄is terrenis reuerent̄ ſui hui miniſtrēt. Miniſtraui hūiliter ⁊ libēter. Miniſter q̄ſi minor ſtatu. miniſtrare q̄ſi minorē ſtare. Auctoritas. Si inuitꝰ pares ſeruꝰ es. ſi libent̄ miniſter. Miniſtrare ergo in ꝯtinua mētis ⁊ corporis mūdicia eſt in ſctā habitatōne miniſtrare ¶ Et nota ꝙ ī his tribus v̓bis tāgunt̄ fere oīa q̄ miniſtris xp̄i vl̄ marie ſunt neceſſaria. vt ſcꝫ miſtrēt in mūdicia vel abiectōe voluptatū ⁊ ꝯtēptu tꝑaliuꝫ. in patiā aduerſarioꝝ. ī deſiderio eternorum ſtrenue. feruent̄. ſimplr̄. reuerēter. humilit̄. libent̄. ꝑſeuerāter. Ecce decalogꝰ miniſtrorū xp̄i ⁊ marie. Itē ſeruiamꝰ matri ſicut docemur huire filio. Lu. j. Seruiamꝰ illi ī ſancti

tate.i.ĩ mũdicia. Vñ mat̃ dicit cũ filio. Am/
bulãs in via immaculata h.i. diſcretiue. nõ
aliꝰ mihi miſtrabat ad bñplacitũ meũ. Et
iuſticia. vt nõ credas te ei dare gtuitũ ſꝫ red
dere debitũ dicẽs. Seruꝰ inutil'ſum. Coraꝫ
ipo nõ vt ab hoibꝰ velimꝰ laudari. Vñ ad
Col.iij. Nõ ad oculũ ſeruiẽtes. Mathei.vj.
Atteditene iuſticiã ve.fa. corã hoibꝰ ⁊c. In
hoc etiã ꝙ dicit corã ipo notat̃ ꝙ boni ſtãt ĩ
ↄſpectu dei ſicut helyas dicẽs de ſeipo. iij.re/
gũ.xviij. Viuit dñs exercituũ añ cuiꝰ vultũ
ſto ⁊c. Mali aũt retro. Vñ. Quoniã poneſ
eos dorſum. Et h q2 a dño ignorant̃. Hibꝰ
diebꝰ noſtris.i. pſeuerãter. q2 dñs non vult
ſeruũ alteri obligatũ. ſciẽs ꝙ nemo põt duo
bus dñis ſuire Math.vj. Nõ eſt ſuiẽdũ
mũdo. q2 ſeruũ ſuũ nõ ſolũ nõ remunerat ſꝫ
etiã in diſceſſu totalit̃ ſpoliat Job.j. Nudꝰ
egreſſus Nõ diabolo q̃ quãto affectuoſi
us ei ſuit̃. tãto ↄtra talẽ grauiꝰ exacerbat̃ ſic
dicit Greg. Nõ carni q̃ de ſeruitio qd̃ ei
fit nõ reddit niſi monetã ſtercoꝝ Item tri/
plex mũdicia ſeruis marie eſt neceſſaria. vi/
delicet carnis. qd̃ eſt abſtinere ab oĩ immũ/
dicia exteriori ⁊ ab oĩ actu illicito q̃ poſſet fie
ri ſciẽter ⁊ vigilãter. Eſt aũt imũdicia fluxꝰ
ſemĩs q̃cũqꝫ attractu vel tactu viri p̃ter vſũ
femine. vel femĩe p̃ter vſum viri. ⁊ hoc reſtri
cto vocabulo. large aũt ſũpto vocabulo im
mũdicia cõplectit̃ fornicatiõꝫ. adulteriũ. me
chiam. inceſtũ. ſodomiticũ. peccatũ brutale.
⁊ hmõi. De q̃buſlibet aũt immũdis his mo
dis dicit apl's Ephe.v.c. Immũdi regnũ di
nõ poſſidebũt Volũtatis eſt abſtinere ab
oĩ illicito ↄſenſu. Vñ Ecci.xviij. Poſt ↄcupi
ſcẽtias tuas nõ eas ſcꝫ eis ↄſentiẽdo Cor
dis. abſtinere ab illicitis cogitatõibꝰ ⁊ puer
ſis q̃ ſepant a deo Sap.j. Imaginatiõibus
delectatiõibꝰ deſiderijs recordatõibꝰ titilla/
tionibꝰ ↄſenſibꝰ ⁊ hmõi. Quia ſicut dic̃ do
minꝰ Mat.v. Qui viderit mu. ad ↄcu. eaꝫ
iã mech. eſt eã. Ex his igit̃ ptꝫ q̃ꝫ mũdꝰ debe/
at eſſe ſeruꝰ btẽ marie v̓ginis vt poſſit eã di/
gne laudare

Quarta ſtella ſiue virtꝰ ſerui bea/ te virgis eſt q2 dꝫ eſſe aromaticus.

Aromaticꝰ per fra
grantiã bone opĩonis p exemplũꝫ
caſtitatis pietatis ⁊ hũilitatis. q̃n/
to eni ipa eſt purior tãto magis fetet ei luxu
rioſus. Ipa enĩ cũ ſit apis fugat̃ fetore. Ecc.
.v. Breuis in volatilibus apis. Cũ ſit mater
pietatis magis fetet ei impiꝰ ⁊ auarꝰ Cũ ſit
exẽplar hũilitatis plꝰ diſplicet ei ſupbꝰ. ⁊ ſic
de ceteris abominatõibꝰ vicioꝝ. ppt̃ hmõi
fragrantiã dr̃ ſeruis ſuis Eccli.xxxix. Quaſi
lybanꝰ.i. exẽplo marie q̃ deſignat̃ p lybanũ.
Vñ dicit Eccli.xxiiij. Quaſi lybanꝰ nõ inci
ſus odorẽ ſuauitatis habete. ⁊ q̃ſi roſe plãta
te ſup riuos aquaꝝ fructificate. florete floreſ
ſicut liliũ. date odorẽ ⁊ frõdete in grãm. date
nomini eiꝰ magnificẽtiã. Ecce ꝙ p̃mo iniũ/
git ſuauẽolentiã v̓tutũ ⁊ poſtea laudes eiꝰ.
Hãc aũt fragrãtiã debes habere in corde in
ore ⁊ in ope. In corde ↄ̃ fetorẽ prauorũ deſi/
deriorꝝ. ſordidaꝝ cogitationũ. recordationũ
titillationũ. imaginationũ ⁊ hmõi. In ore
duplr̃ laudes eius q̃ ſunt aromatica et ſpẽs
aſſidue ruminando. ⁊ ad oẽs impudicos ⁊
detractorios ſmões ſolicite obdurãdo. In
ope ⁊ ſenſibꝰ vt p illiꝰ honore ⁊ tua vtilitate
abſtineaſ ab oĩ ope polluto. ⁊ ſenſus tuos ⁊
mẽbra ſolicite cuſtodias ab oĩ actu illicito. ſ.
oculos ne defigas eos in feminã. aures ne p
poſſe tuo audias linguã nequã. nares ne de
lecteris in meretriceis odoribꝰ. os ne guſtet
qd̃ guſtatũ afferat mortẽ. tactũ ſilr̃ ⁊ inceſſũ
a voluptatibꝰ illicitis ⁊ hmõi. Et q2 btã vir/
go tali mõ ſenſus ſuos exteriores regebat. io
ortꝰ ↄcluſus dr̃. Vñ q̃nqꝫ fuerũt clauſure ĩ
maria q̃ ſi in ſuo ſuo fuerit ab oĩ pctõ ſuos
ſenſus facillime pſeruare potuerit. Pria
ab exteriori diligẽtiſſima ſuoꝝ q̃nqꝫ ſenſuũꝫ
cuſtodia. Siqdẽ iuxta ſniaꝫ illã Ecci.xxviij.
ſepiuerat v̓go aures ſuas ſpinis ne audiret
linguã nequã. Et fedꝰ pepigerat cũ ocul' ſu/
is Job.xxxj. vt nec cogitaret de hoĩe. Sic et
ſeruꝰ ſuꝰ faciat ne cogitet de v̓gine Scda
clauſura ab iteriori.ſ. foſſatũ volũtarie pau
pertatis. Foſſatũ vacuatũ a terra p ↄtẽptuꝫ
mũdane pſperitatis ⁊ largã erogatiõꝫ ſubſe
tempalis. Vñ. Manũ ſuam aperuit inopi

¶ Profundū ꝑ demiſſionē timoroſe hūilitatis. qꝛ intantū ꝓfunda ⁊ dilatata eſt vt magni dei capax efficeret᷑. Sacta enī timoratio ſenſum ꝓꝓꝛiū depaupat. Qd̄ bn̄ apparuit ī ea qn̄ q̄ſiuit. quō fiet iſtud. nolēs īniti ꝓꝓꝛio ſenſui q̄zuis bn̄ ſciret ꝟginē paritura͂. ¶ Dilatatū ꝑ amplitudinē eximie caritatis Exhibuit enī filio dei ſeptē opa mīe de ꝓpria ſubſtātia implēs illud puer. iij. Honora dn̄m ꝺ tua ſubā. ¶ Petratū ꝑ ſoliditatē patīe ſingularis. Vn̄ dicit ei ſapīa dei Iſaie. liiij. Ecce ego ſterno ꝑ ordinē lapides tuos ¶ Mundiſſimū ꝑ amorē ⁊ votū ꝑpetue ꝟginitatis. q̄ ab ea oēm fetorē exclūſit imūdicie carnaliſ ¶ Aquoſum ꝑ inexhauſtā multitudinē pietatis ⁊ abūdantiā lacrimaꝝ maxīe tpe dn̄ice paſſionis ¶ Cū igit᷑ ſeruꝰ btē ꝟginis mūdanā ꝓſperitatē ꝯtēpſerit demiſſus ꝑ hūilitatē extiterit eximiā caritatē habuerit. patīetiam ſingularē poſſederit. caſtitatem mētis et corpis huauerit. pietatis affectum alijs exhibuerit tūc ſecūdā clauſurā ſui ortꝰ ſiue ſenſuū ſuoꝝ optime obfirmauit ¶ Tertia clauſura murꝰ multiplex. Murꝰ ꝓtectio diuīa. Si enī dn̄s in circūitu ꝓpli ſui. multo fortiꝰ ī circūitu matris ſue. Vn̄ de ea dꝛ Iſa. xxvj. Saluatoꝛ ponet᷑ in ea murꝰ ⁊c̄. ¶ Virtꝰ oīmoda. puer. xxv. Sicut vrbs patēs ⁊ abſqꝫ muroꝝ. i. ꝟtutū ambitu ¶ Multitudo grāꝝ q̄ſi aquaꝝ Exo. xiiij. Aq̄ erāt eis ꝑ muro ⁊c̄. Aque maris grē marie. Nauū vlt̄. Aq̄ in circuitu eiꝰ. aque muri eiꝰ. Murꝰ aliꝰ q̄ſi duplex. ſ. innocētia mētis ⁊ puritas ꝟginal̄. Vl̄ murꝰ firmitas ſcti ꝓpoſiti. vel obduratō recte ꝯſuetudinis. vel iuſticie munimētū t̄ murus fidei fundatꝰ ſup fundamētū caritatis ¶ Opatio bona muniēs aīam ꝯ̄ oē genuſ peccati ⁊ ipa oīa mīe opa exhibuit filio ſuo egeno ⁊ mēdico. Cū ergo ſeruꝰ marie hos muros habuerit firma erit clauſura ortꝰ ſui ¶ Quarta clauſura aq̄ circūquaqꝫ currēſ ipſam vndiqꝫ muniēs plenitudo totiꝰ ḡrie. Vn̄ angelꝰ ait ad eaꝫ. Aue grā plena. Que tā plena grē extitit vt de plenitudine eiꝰ ſicut ſanctꝰ Bern̄. dicit accipiāt vniuerſi. Hanc aquā ſeruꝰ beate ꝟginis diligent᷑ ab ea petat quia ſine iſta anima eiꝰ ſicut terra arida ⁊c̄.

¶ Quinta diſcreti cēſura ſilētij. Que q̄ſi q̄dā clauſura poſſeſſiōes ꝟtutū ſuaꝝ ꝯſeruabat Iſa. xxxij. c. Cuſtos ſiue cultꝰ iuſticie ſilentiū Et vbi nō eſt ſepes ħ facile diripit᷑ poſſeſſio ꝟtutū ⁊ meritoꝝ Ecc̄. xxxvj. Oret ergo ſeruꝰ beate ꝟginis filiū ſuuꝫ ⁊ dicat. Pone dn̄e cuſtodiā ori meo ⁊c̄.

Quinta ſtella ſiue virtꝰ ſerui btē virginis eſt q, erit deuotus

Deuotꝰ. Eſt aūt deuotio pius ⁊ hūilis affectꝰ in deum vel beatā ꝟginē ex ꝯtritiōe generatus. Alit̄. Deuotio eſt teneritudo cordis vel mētis q̄ quis de facili reſoluit᷑ in lacrimas. Hec eſt medulla holocauſtoꝝ ſine q̄ oē holocauſtū aridū eſt Vn̄. Holocauſta medullata offerā tibi. Alit̄. Deuotio eſt feruoꝛ bone volūtatis quē mēs cohibere nō valēs certis manifeſtat indicijs. Hec diuidit᷑ in tria In zelū. cōpaſſionē. ⁊ beniuolentiā. Zelꝰ eſt qū ꝓ amore iuſticie defenſorē ſe vltro offert animꝰ calūniā ꝟitatis pati nō ſuſtinēs. Cōpaſſio eſt qn̄ miſerijs alioꝝ ꝯdolemꝰ. Beniuolētia qn̄ ſpōtanea volūtate bn̄ficia rogantī ānuimꝰ. ¶ Debēt igit᷑ ſerui ⁊ laudatores beate ꝟginis eſſe recti Can̄. j. Recti diligūt te qꝛ rectos decet collaudatio. Rectꝰ eſt cuiꝰ ītentio ad deū ꝓpt̄ deū dirigit᷑. Sunt ei q̄ laudant deū vl̄ mariā cū bn̄fecerit eis. vel vt bn̄ faciat eis. Quoꝝ laus ⁊ ſi tēdat ad deū vel mariā. tn̄ reciprocat᷑ ad ipos Vn̄ Iſaie. lix. Semite eoꝝ incuruate ſunt eis. i. reflexe ad eos. i. ad ſuū cōmoduꝫ recuruate. Omis q̄ calcat in eis ignorat pacē Itē moralit̄. Aīa bona nō porrigit ſe añ vt pn̄tia bona concupiſcat n̄ retro vt ad añ acta mala ꝑ ꝺlectatōꝫ reſpiciat. nō dextrorſum vt in ꝓſperis ꝑ incōtinentiā ſe effundat. nō ſiniſtrorſum vt ī aduerſis ꝑ impatiētiā excedat ſꝫ ſurſum ꝓfert incrementū ſuū. ſurſum hꝫ coꝛ vbi xp̄s eſt ī dextera dei ſedēs. Et talis aīa ſiue ſeruus digne collaudat filiū ⁊ matrē eiꝰ. Nō ei videt᷑ rectus ſiue iuſtꝰ vl̄ de numero p̄deſtinatoꝝ ſꝫ magis de numero reproboꝝ q̄ marie ſpecialit᷑ ⁊ deuote nō ſeruit Itē rectꝰ ſiue deuotus eſt q̄ nō curuat᷑ ad amorē terrenoꝝ. qd̄

ſignaẗ in rectitudīe corporiſ hūani.qđ rectū
eſt vt doceat ſpūm ſuū rectitudinē Vn̄. Os
hoī ſublime de. ⁊c. Eccs.vij. Hoc iueni ꝙ de
us fecerit hoīem rectū ⁊c. Jdeo petit iuſtus
Spūꝫ rectū innoua ī viſce.me. Beatꝰ Ber.
Jpſa corꝑis rectitudo ſeruāde ſue ſpiritual'
rectitudinis ſignū eſt. ⁊ decor limi deformi'
tatē arguit animi Et paulo poſt. Peruerſa
res eſt oculos habere ſurſum ⁊ internos ſen
ſus vel affectꝰ in terrā trahere deorſum. Et ī
fra. Jndigne hūanū corpꝰ inhabitat brutꝰ
⁊ beſtialis ſpūs. Querere ⁊ ſaꝑe q̄ ſunt ſuꝑ
terrā curuitas eſt aīe. Meditari v̓o q̄ ſurſū
ſunt rectitudo illiꝰ Col.iij. Que ſurſuꝫ ſunt
ſapite ⁊c. Quia eni rectꝰ eſt dn̄s dꝫ rectꝰ eſſe
famulꝰ.ſicut dic̄ ps. Quia rectꝰ redēptor dꝫ
redemptꝰ eſſe rectꝰ. Jtē ps. Quā bonꝰ iſra
el deꝰ his q̇ recto ſunt corde. Recto cordꝫ ſūt
qui eterna deſiderāt.⁊ his bonꝰ eſt deꝰ iſrael
Curuo corde ſunt q̇ tantū terrena deſiderāt
⁊ his nō videẗ deꝰ bonꝰ licet ſit. De p̓mis dr
Tren̄.iij. Bonꝰ eſt dn̄s ſperātibꝰ in eū. aīe
querēti illū. De ſecūdis dr. Nolite ſperare in
iniquitate ⁊c. Quidā ſunt vt talpa q̄ nō po
teſt viuere niſi in terra. Sꝫ iuſti ſunt vt aq̇
la q̄ videt ſolē in rota. Deſpiciat ergo ſeruuſ
beate v̓ginis Marie tꝑalia ac mediteẗ etna
tūc poterit dn̄e ſue eſſe deuotꝰ

Sexta ſtella ſiue virtꝰ ſerui beate
virgis eſt q̄ꝫ erit taciturnus

Taciturnus. q2 in
multiloquio peccatū nō deerit Ex
emplo gl'ioſe v̓ginis que nō niſi ſe
ptem v̓ba locuta legiẗ in euangelio. Lege ⁊
imitare. Jdeo a ſeruo ſuo roganda eſt aſſi
due maria. Pone dn̄a mea cuſtodiam ori
meo.⁊ oſti.circū.labijs meis. Non declines
cor meū.i.nō ꝑmittas inclinari a rectitudīe
virtutū in verba malicie ad excuſandas ⁊c.
Jdeo cōuenit huis eiꝰ illud Hieremie.viij.
Cōuenite ⁊ ingrediamur ciuitatē munitaꝫ
que eſt maria munita omni genere v̓tutum
de qua dr in ps. Bn̄dictꝰ dn̄s quoniā miri
ficauit miām ſuā in ciuitate munita. Seq̇ẗ
Et ſileamꝰ ibi.i.exēplo illiꝰ ab oī prauo ſer
mone. De taciturnitate q̄ ſignū eſt ſapie

cōmendat filiꝰ matrē Can̄.iiij. Quā pulcra
es amica mea ⁊c. oculi tui colūbaꝝ extra ta
citurnitatē tuā.i.ꝓter. Jta dicit alia trāſlatō
quā ponit amb. Tota ei ſpūalis ⁊ ſimplex
vt colūba.in cuiꝰ ſpecie ſpūſſanctꝰ viſus eſt
deſcēdere ſuꝑ xp̄m Lu.iij. ⁊ Jo.j. Nō eſt eni
mediocris v̓tus tacere ſicut dicit Amb. ⁊ iō
de taciturnitate cōmendaẗ maria q̄ oīa v̓ba
cōferēs in corde ſuo tacite ꝯſeruabat. Noto
riū eni eſt ⁊ vulgatū muliebrē ſexū de multi
loquio ⁊ minori circūſpectiōe redargui.nec
mirꝫ cū ad p̓mas ſuggeſtiones noxias loq̄
la penitꝰ ſit adempta ſerpēti ⁊ aliquatenus
inhibita mulieri Hic poteris aſſignare de
ꝓpera r̄nſione eue ſine diſcuſſione v̓boꝝ ſer
pentis.vn̄ ortū eſt omne malū.⁊ cogitatōne
marie q̄lis eſſꝫ angelica ſalutatō vn̄ ortū eſt
omne bonū. Beatꝰ q̄ꝫ Bern̄. poſt maioruꝫ
cariſmata grāꝝ in oīm maria mulieruꝫ dei
genitrice maria ḡuitatē ſilentij dignis laudi
bus p̄dicabat. Jpa etiā dicit de taciturnita
te ſua q̄ſi ſeipſam cōmendās Eccl.viij. Ego
os regis obſeruo.i.os meū qđ eſt regiū vt.ſ.
nihil aliud loquaẗ q̄ꝫ qđ regeꝫ deceat ⁊ regi
nā.ſ.verba lenitatis ⁊ clemētie. v̓ba pietatis
⁊ iuſticie. Jpa eſt eteni mulier ſenſata ⁊ taci
ta Eccli.xxvj.que ſedebat ſolitaria et tacebat
⁊ leuabat ſe ſuꝑ ſe ꝑ ꝯtemplationē Tren̄.iij.
Siquidē quia fuit ſenſata.i.plena ſenſu ⁊ ta
cita nō ſeminiflua ſed loquēs in tꝑe ſuo.fuit
tꝑs tacendi ⁊ tꝑs loquēdi ſicut dr Eccs.iij.c.
Tempꝰ tacēdi ei fuit an̄ mortē xp̄i. loquēdi
poſt. Debuit tacere in p̄ſentia v̓bi.nec radi
are debuit luna p̄n̄te ſole.ſicut nec luna radi
at in p̄n̄tia ſolis. Sꝫ v̓bo obmuteſcēte ꝑ mor
tem ipa debuit reuelare myſteria q̄ cōſerua
bat in corde ſuo ꝯtra ſcandalū crucis q2 ſuꝑ
oēs nouit. Vn̄ poterat dicere illđ Jſa.xxiiij
Secretū meū mihi ⁊c. Jnde etiā turbata fu
it in ſalutatōe angelica.q2 ſilentiū ſuū quod
valde amabat r̄ndendo infringere cogebaẗ
Cogitabat etiā q̄lis eſſꝫ iſta ſalutatō. Et vti
nam moniales ⁊ recluſe ⁊ religioſe noſtre ſo
rores ⁊ p̄cipue ſerui beate v̓ginis tacēdo co
gitarēt.quō in iudicio r̄nderēt. vbi de oī ver
bo ocioſo reddituri ſunt hoīes rōem. Vn̄ in
vitaſpatrū legiẗ ꝙ q̇dā ſenex vidēs quendā

ridentē dixit ei. Corā celi ⁊ terre dn̄o rōnem
totiꝰ vite noſtre reddituri ſumꝰ et tu rides
Qui riſus cōiter ex multiloquio prouenit.
Abbas igit̄ agathon ꝑ trienniū tulit lapidē
in ore ſuo vt diſceret taciturnitatē. Itē frēs
dixerūt abbati pābo ꝙ diceret aliquē ſermo
nē alexādrino ep̄o ad ſe venieti. Qui ait Si
in taciturnitate mea nō edificat̄ neqȝ ī ſmo-
ne meo edificabit̄. Augꝰ. Loq̄la ſit in taci-
turnitate. taciturnitas in iocūditate. Clima
cus ſilentiū ſiue taciturnitatē cōmēdās ita
ait. Silentiū in ſcīa eſt mater orōis. a capti-
uitate reuocatio. ignis cuſtodia. ep̄s cogita
tionū. intētio pugnatoruȝ. lucꝰ colligatio.
amicicia lacrimaꝝ. memorie mortiſ opator
pene eterne pictor. iudicij eterni diligēs inq̄-
ſitor. meſticie miſter. ꝯfidētie ꝓprie inimici-
cia. ⁊ trāquillitatis ꝯiugalis ꝯuictꝰ. amoriſ
docēdi repugnator. ſcīe additamētū. dei v̄bo
rū cōditor. nō apparēs ꝓfectꝰ. latēs aſcēſus.
Cognoſcēs delicta. tenuit linguā. q̄ v̄o mul-
tiloquꝰ eſt nōdū cognouit ſeipſū ſicut opor
tet. Hec ille. Diligat ergo ſuꝰ btē v̄ginis ſilē-
tiū ⁊ taciturnitatē. q᷑ ꝑ h̄ nō ſolū erit v̄tuoſꝰ
ſȝ ⁊ ſapiēs reputabit̄. Prouer. xvij. Stultꝰ
ſi tacuerit ſapiēs reputabit̄

Septima ſtella ſiue virtꝰ beate vir
ginis eſt q̄ erit feruens

Feruens. cōtra pi-
griciā. tepiditatē ⁊ negligētiā. Di-
cit̄ enī de ſapīa ⁊ maria Eccli. ſexto
Quaſi is q̄ arat ⁊ q̄ ſeminat accede ad eā. i.
ad ſeruitiū eiꝰ ⁊ ſuſtine bonos fructꝰ illius.
In ope eī ipſiꝰ exiguū laborabis ⁊ cito edeſ
de generatiōibꝰ illiꝰ. Sȝ piger ꝓpter frigus
id ē. torporē aī arare noluit. i. laborare. Mē-
dicabit ergo cū fatuis v̄ginibꝰ in eſtate futu
ri iudicij ⁊ nō dabit̄ ei vita et̄na Prouer. xx
Cōtra deſides dr̄ ad Heb. vj. No ſegnes ef-
ficiamini. veꝝ imitatores eoꝝ q̄ ex fide et pa-
tiētia hereditabūt ꝓmiſſionē. Cōtra tepidoſ
dr̄ Apoc. iij. Utinā frigidꝰ eſſes aut calidus
ꝛc. Beatꝰ Bern̄. Calidi ſunt ſpūalibꝰ feruē-
tes deſiderijs. frigidi horrore pctōꝝ ſuoruȝ ⁊
eterne dānatōnis ꝯſtricti. Has duas affecti
ones ſcimꝰ ⁊ credimꝰ optabiles ⁊ acceptabi
les dn̄o. Sȝ q᷑ tepidꝰ es ꝛc. Tepidi ſūt vtri-
uſqȝ huiꝰ affectōis expertes q̄les mō fere om-
nes inueniunt̄. Incipiaȝ te euomere ex ore
meo. i. a ſocietate fideliū q̄ ſunt os dn̄i ſepa-
re turpit̄ ſicut q̄d euomit̄ turpit̄ eijcit̄. q̄d eſt
excōmunicatio ſpūalis. Alit̄ beatꝰ Bern̄.
Calidꝰ feruore dilectōis. frigidꝰ tuiipſiꝰ cō-
ſideratōne. Aliter. Frigidꝰ eſt q̄ ꝑ timore ge
henne nō peccat. Calidꝰ quē amor dei pecca
re nō ſinit. Tepidꝰ quē nec timor terret nec
amor inflāmat. Mirabilis dei patiā q̄ mul
totiēs euomitū reſumit ꝑ miām. cū de cibo
euomito h̄ nullꝰ facere dignaret̄. Iō dicit. i
cipiā te euomere Modo incipit euomere. ſȝ
nō ꝑeuomit niſi in morte. Itē in h̄ ꝙ dicit i-
cipiā q̄dammodo p̄munit tepidū vt p̄caue
at ſibi. q̄d eſt miſicordia mag̃. De negligen-
tibꝰ dr̄ Hiere. xlviij. Maledictꝰ q̄ facit opus
dei negligenter. Alia lrā dicit fraudulenter.
Laudes ergo ⁊ ſeruitiū beate v̄ginis ſer-
uus ipſiꝰ debet feruent̄ implere ne ab ip̄a de
negligētia vel fraudulētia poſſit accuſari. ꝓ
uerb. iiij. Arripe illā. i. ſapiam vel mariā ad
ſeruiendū ei. ⁊ exaltabit te a terrenis ad cele-
ſtia ⁊ glorificaberis ab ea cuȝ eā fueris am-
plexatꝰ. Dabit capiti tuo augmēta gratiaꝝ
⁊ corona inclita ꝓteget te. Arripe illā. i. ad te
cape. vel arripe cito ⁊ q̄ſi violēter ſic̄ res diu
deſiderata q̄ſi cū violentia ⁊ quodā impetu
ſolet apprehēdi Uel arripe ſicut auis nobiliſ
predā nobiliſſimā ⁊ eſcā ſuauiſſimaȝ. Ideo
enī filiꝰ ſubleuauit matrē ad celoſ vt nos ad
ſe traherȝ. Sequit̄. Et exaltabit te ab imo vi
cioꝝ ad alta v̄tutū. a terra ad celū. Et glorifi-
caberis ab ea cū eā fueris amplexatꝰ q̄ſi reȝ
amatā. āplexatꝰ q̄ſi ſcȝ duobꝰ brachijs amo
re ⁊ ſeruitio. Sequit̄. Dabit capiti tuo. i. mē
ti q̄ eſt caput aīe augmēta grāꝝ ſpūaliū cor-
poraliū ⁊ tꝑaliū. ⁊ corona inclita ex roſis ca
ritatis ⁊ patīe. ex lilijs caſtitatis gemīe. ex vi
olis humilitatis ⁊ tꝑantie. ꝓteget te. q᷑ ꝑ hāc
triplicē v̄tutē ꝓtegit̄ homo ab inſultibꝰ vici-
orum ⁊ demonū. ibidē. Ne dimittas eā ⁊ cu
ſtodiet te. Dilige eā ⁊ ſuabit te. Ne dimittaſ
eā quaſi addorſando eaȝ ꝓpter meretriceas
voluptates Uel. Ne dimittas eā. i. ne effugi
es eā peccādo mortalit̄. q᷑ nō recedit a ſeruo

ſuo niſi ꝓpter mortale peccatū. Ipa eſt enī apis. Ecci. xi. ca. quā fugat fex peccati. Et cu-
ſtodiet te a violētia diaboli. Dilige eā ⁊ ſua
bit te a pctō ⁊ hoſtiū oppreſſione. ¶ Vñ ad
cōtinuandū ⁊ deuotiſſime celebrādū ſuitiū
beate v̾ginis valet illud exemplū qd̾ narrat
petrꝰ damianꝰ de quibuſdā religioſis q̄ ad
ſuggeſtionē cuiuſdā puerſi frīs dicacis ⁊ ac
curate eloquētie dimiſerāt ſeruitiū btē virgi
nis. Et ſtatim dimiſſo ſeruitio eiꝰ oīmoda
infortunia ceperūt inſurgere ꝯ fratres illos
incēdia. depdationes. ſtrages hoīm. morta-
litas aīaliū. ⁊ hmōi. ita ꝙ de vita deſperarēt
frēs illi ⁊ tederet eos viuere. q̄ꝫ cito aūt ſm cō
ſiliū dicti petri reinceperūt frēs illi ſeruitiū
marie ceſſauit ab eis dicta quaſſatio. ⁊ mul
ta deinceps pace ⁊ ꝓſperitate gauiſi ſūt fra-
tres illi. toto corde de cetero marie feruenť ſ-
uiētes. Attēdat h̾ exēplū ſuꝰ b. v̾gis ⁊ ex toto
cord̾ ſtudeat itēdere ſuitiō eꝰ ⁊ ī eo ꝑſeuerare

¶ Octaua ſtella ſiue virtꝰ ſerui beate virgis eſt q̄ erit humilis

Humilis. ut cū om
b
nia bñ feceris ad honorē illiꝰ dicas
ei. Seruꝰ inutilis ſum Luce. xvij.
Miniſter enī d̾r q̄ſi minoris ſtatꝰ. miniſtra
re quaſi minorē ſtare in q̄ notať humilitas.
Vel miniſter q̄ſi nimis territꝰ ſcꝫ ꝑ timorē
q̄ frater eſt humilitatis. Cū enī ſimꝰ paupe-
res ⁊ egeni viles ⁊ humiles d̾ natura noſtra
neceſſe eſt vt pauꝑtatē noſtrā ⁊ humilitatē
ꝓ xp̄o volūtarie aſſumamꝰ maxie cum de-
lectabiliť ſit amplectendū qd̾ nature eſt ꝯſo
num. Et h̾ nature noſtre valde ſunt ꝯſona.
q̄ꝛ pauꝑes ⁊ viles naſcimur ⁊ morimur. Ex
emplo etiā dñi noſtri q̄ cū diues eſſet factꝰ ē
pauꝑ. cū dñs oīm ſeruire voluit vniuerſis.
Hāc etiā humilitatē btā v̾go in ſmone ⁊ vo
ce habuit. cū audita magnitudīe ⁊ multitu-
dine ꝓmiſſoꝝ. q̄s ei angelꝰ faciebat reſpōdit
tanq̄ꝫ humillima mulieꝝ. Ecce an. do. ſi. mi.
ⁿc. In ope q̄ñ videlicꝫ elizabeth cognate ſue
miori ſe miniſtrauit. In h̾ etiā ꝙ ſm legem
purgari nō erubuit. licet purgatōe nō egerꝫ
cū de viro nō ꝯcepiſſet. Nouerat enī ꝙ q̄ ſa-
cit ſuꝑbiā nō habitabit ī medio domus dei
De hac humilitate beatꝰ Greḡ. i omel. dñi-
ce q̄rte aduentꝰ dñi ſanctū iohēm ita cōmē-
dat dicēs. Ecce iohēs ꝓphetie ſpū plenꝰ mi-
ra ſciētia emicat ⁊ tñ illud de ſe innuit quod
ignorat cū dicit. cuiꝰ nō ſum dignꝰ corrigiā
calciamēti ſoluere. Qua in re nobis pēſan-
dum eſt frēs chariſſimi ⁊ tota intētōe cogitā
dū quō ſancti viri vt hūilitatis in ſe v̾tutem
cuſtodiāt cū q̄dā mirabiliť ſciūt illud ante
mētis oculos ſtudēt reuocare qd̾ neſciūt. vt
dū ex ꝑte aliq̄ infirmitatē ſuā ꝯſiderāt. ex ea
ꝑte q̄ ꝑfectꝰ eſt eoꝝ ſe animꝰ ñ extollat. Sci-
entia etenī v̾tus eſt. hūilitas etiā cuſtos v̾tu
tis. Reſtat ergo vt ī oē qd̾ ſcit ſeſe mēs depꝛi-
mat. ne qd̾ v̾tꝰ ſcie ꝯgregat vētꝰ elatōnis tol
lat. Cū bona frēs agitis ſꝑ ad memoriā ma
le acta reuocate. vt dū caute culpa ꝯſpicitur
nūq̄ꝫ de bono oꝑe incaute animꝰ leteť. Su
periores inuicē eos maxie q̄ vobis cōmiſſi
nō ſunt ꝓximos veſtros attēdite. q̄ꝛ ⁊ quos
agere aliq̄ praua ꝯſpicitis q̄ in eis lateāt bo
na neſcitis. Magnꝰ ergo eſſe vnuſq̄ſqꝫ ſtu
deat. ſꝫ tñ aliquo mō eſſe ſe neſciat. ne dū ſibi
magnitudinē arrogāť tribuit amittat. Hic
etenī ꝓpheta dicit. Ve q̄ ſapiētes eſtis ī ocu-
lis veſtris ⁊ corā vobiſmetipſis prudentes.
Hinc paulꝰ ait. Nolite eſſe prudētes apud
voſmetipſos. Hinc ꝯ ſuꝑbientē ſaul d̾r. Cū
eſſes puulꝰ in ocul̾ tuis. caput in iſrael factꝰ
es. Ac ſi apte diceret. Cū tu te puulū cōſpice
res ego te p̄ ceteris magnū feci. q̄ꝛ vero tu te
magnū ꝯſpicis a me puꝰ eſtimaris. Quo ꝯ
dauid cū regni ſui potentiā corā archa dñi
ſaliādo deſpiceret dixit. Ludā ⁊ vilior fiam
plꝰ q̄ꝫ factꝰ ſum. ⁊ ero humilis ī oculis meiſ
Quē enī nō extolleret ora leonū frāgere. vr-
ſoꝝ brachia diſſipare. deſpectis ꝓoribꝰ fratri
bus. eligi reprobato rege ad regni guberna
cula vngi. timendū cūctis vno lapide goliā
ſternere. a rege ꝓpoſita extinctis allophil̾ nu
meroſa ꝑpucia reportare. regnū ex ꝓmiſſiōe
ꝑcipe. cūctū qꝫ iſraeliticū ꝓplm ſine vlla poſt-
modū ꝯtradictōe poſſidere. Et tñ in cunctis
ſe deſpicit q̄ in ſuis oculis ſe eſſe humilē cōfi-
teť. Si igiť ſancti viri etiā cū fortia agūt d̾ ſe-
metipſis vilia ſentiūt. qd̾ in ſui excuſatōe di-

cturi ſunt q̃ ſine ope v̓tutis intumeſcũt. Sȝ ⁊ ſi quelibet aſſint opa nulla ſunt niſi ex hũi/litate cõdiant̃. Mirãda q̃ppe actio cũ elatõe nõ eleuat ſȝ grauat. Qui enĩ ſine hũilitate v̓tutes cõgregat in vẽto puluerẽ portat. et vñ aliq̃d ferre cernit̃ inde deteri⁹ cecat̃. In cunctis ergo q̃ agitis frẽs mei radicẽ boni opis humilitatẽ tenete. nec q̃bus iã ſupiores ſȝ q̃/bus adhuc inferiores eſtis aſpicite. vt dum meliora vobis exẽpla ꝓponitis. ad maiora ſp aſcẽdere ex humilitate valeatis. Hec ille. Hãc igit̃ regulã ſeru⁹ beate v̓ginis Marie ſicut ⁊ ipa tenere ſtudeat. vt ſic cũ ea in eter/num exaltari valeat

Nona ſtella ſiue virt⁹ ſerui beate virginis eſt q̃ debet eſſe pius

PIus. qui enĩ ad beneplacitũ ſuum ſeruire deſiderat matri pietatis ⁊ miſericordie. neceſſe eſt vt ⁊ ipſe ſit pi⁹ ⁊ miſericors. cũ ipa ſit refugiũ miſericordiũ ⁊ auertat illos mie oculos ab eo quẽ viderit imiſericordẽ. cuȝ talis vir aut mulier ſit oĩno ei diſſimilis. Si eniȝ man⁹ tua vacua fuerit ab opib⁹ mĩcordie factis ad honorẽ ipſi⁹ qua irreuerẽtia ab ea miſericordiã flagitare p̄ſumes. Quapropẽ ſciendũ q̄ pietatẽ humanã ſuadet natura. Omnes enĩ homines vni⁹ nature ſumus. Quãobrem penes oẽs pietatis opa ſunt exhibenda. Vñ Señ. in tyeſte. Nulla vis maior pietate. Verȝ eſt. Quoſcũq̃ȝ enim verus amor tenuit hos pietas tenebit. q.d. q̄ hi alios non amãt niſi pietatis officio eos ꝓfoueant. Attendam⁹ enĩ quoniã q̃ pius eſt alijs pietatẽ ꝑ ſeipſo impetrat. Vñ Valeri⁹ libro q̃nto. Humanitatis inq̃t dulcedo ⁊ infrenata barbaroꝝ ingenia penetrat. ⁊ oculos ho/ſtiũ mollit. ⁊ inter diſtrictos mucrones placidũ iter repit. Nulla inq̃t acerbitate fortune nullis ſordib⁹ preciũ humanitatis erubeſcit Vñ ibidẽ de quadã muliere narrat q̃ apud tribunal capitali crimine dãnata in carcere necanda fuit. Sed carceris cuſtos pietate motus nõ eã ꝓtinus ſtrãgulauit. prefateq̃ȝ mulieris filiã ipſam adire ꝑmiſit ſic tamẽ vt null⁹ cib⁹ ei miniſtraret̃. Trãſactis aũt pluribus dieb⁹ mirabat̃ carceris cuſtos quare mulier non moreret̃. Sȝ aĩaduertit q̄ filia ſua ſuo vbere matrẽ ſuſtẽtabat. Que pietas cũ iudicib⁹ innotuit p̄fate mulieri veniã impetrauit. Nil igit̃ ꝓpici⁹ vt delictorũ venia obtineat̃ q̃ȝ pietatis exercere opa ſeu opem ĩpendere. put caritas exigit. Tulli⁹ in rhetorica pma. Pietas eſt p quã ſanguĩe piũctis patrieq̃ȝ beniuolis officiũ ⁊ diligẽs cult⁹ tribuitur. Vñ narrat Valeri⁹ q̄ cũ quidam adoleſcens accẽſus eſſet amore filie cuiuſdã tyranni. cõtigit q̄ ſibi publice obuiãs publice oſculat⁹ eam fuit. Prefati igit̃ tyrãni vxor ſuadebat vt capitali ſupplicio puniretur. Cui tyrannus. Si eos inquit q̃ nos amant interficimus. quid his faciem⁹ quib⁹ odio ſumus. Hec enim vox tyranni de humanitate manauit. In hunc itaq̃ȝ modũ filie tulit iniuriã ⁊ multo laudabili⁹ ſuã. Igit̃ illi ſe homines nõ dicant q̃ pietatẽ humanitati debitã nõ habẽt. Non debet putari magnitudo animi v̓tus ſed crudelitas ſi comes ñ fuerit pietas. Vñ Tulli⁹ libro pmo de officijs. Porro magnitudo aĩ remota piũctiõne ⁊ pietate hũana feritas quedã et immanitas eſt. Et ibidẽ li. iij. Sicut q̃dam mẽbra amputant̃ ſi languere ⁊ ſpũ carere incipiũt. ne noceant reliquis partib⁹ corpis. ſic ĩ figura illa hoĩs feritas ⁊ inhumanitas belue a cõmuni humanitate ſegreganda eſt. Naȝ pietate humana condicio cõſeruatur. ⁊ indignatus homo mitigat̃. Nã teſte Oracio in eplis. Nemo adeo ferus qui non miteſcere poſſit. Itẽ ex puerbijs ſapientũ. Optimum eſt ſemp ignoſcere tanq̃ȝ ſi ipſe q̃tidie pecces Res inquit magne clemẽtie eſt indulgẽdo peccata potius q̃ȝ iudicãdo corrigere. His aũt precipue indulgendũ eſt q̃bus adeſt ſincera veniã petendi humilitas. Vñ Ouidi⁹ libro q̃nto de triſtibus. His precor exemplis tua nunc fortiſſime ceſar. Fiat ab ingenio mollior ira meo. Ira quidẽ iuſta ſȝ nec meruiſſe negabo. Sed niſi peccaſſez quid tu cõtendere poſſes. Materiã venie ſors tibi noſtra dedit. Si quotiẽs peccant hoĩes. ſua fulmina mittat. Jupiter exiguo tempe inermis

erit. Ex his pꝑhoꝝ dictis diſcat ſeruꝰ btē vgi/
nis pietatē colere. maxie cū ipſa ex ſua bōa/
nitate pia ⁊ dulcis meruit noīari. Vñ Ber.
Quid ad mariā accedere trepidat humana
fragilitas. Tota ſuauis eſt ⁊c. Vñ Cañ. vj.
dicit ei filiꝰ Pulcra es amica mea ſuauis ⁊
decora. Quā ſuauitatē recolere ⁊ collauda/
re debemꝰ iugit̄ iuxta illud pſ. Memoriaꝫ
abūdātie ſuauitatis tue eructabūt ⁊c. Pro/
pter hāc ſuauitatē dr̄ ei ab eccl̄ia. Specioſa
facta es ad intuendū ⁊ ſuauis ad tangendū
in delicijs tuis ſancta dei genitrix

Decima ſtella ſiue virtꝰ ſerui btē virginis eſt q̄ erit patiens

Patiens ad contu/
melias verboꝝ. vt ꝓ honore ipſius
patiēter toleret ſubſannatōnes im/
pioꝝ. ⁊ bibat exēplo Job. xxx. ſubſannationē
ſicut aquā. Nec rñdeat ꝯtumelioſis. q2 ſuū
dei vel ipſiꝰ marie nō oportet litigare. ſꝫ mā
ſuetū eſſe ad oēs. ij. Thi. ij. Itē ad dāna reꝝ
tpaliū. vt dicat cū Job. j. c. Dñs dedit domi
nus abſtulit. Itē ad leſionē membroꝝ. Et hec
patientia pfectior eſt duabꝰ p̄mis. Hanc ex
hibuit xp̄s dicens. Corpꝰ meū dedi pcutien
tibus ⁊c. Itē ad angarias opeꝝ. Math. v.
Quicunqꝫ te angariauerit ⁊c. Itē ad tribu
lationes que nobis infert caro noſtra Ja/
cobi. j. Beatꝰ vir q̄ ſuffert temptationem ⁊c.
Itē ad ꝯtemptū mūdi. vt poſſit dicere filio
⁊ matri. Propter te ſuſtinui opprobriū. Itē
ad egritudines corpales vt dicat cū Job. vj.
Quis det vt veniet petitio mea ⁊ quod expe
cto tribuat mihi deꝰ. ⁊ qui cepit ipſe me cō/
terat. Soluat manū ſuā ⁊ ſuccidat me. et hec
ſit cōſolatio mea. vt affligens me dolore nō
parcat. Grego. Dei miſericordia agit̄ vt pe/
na culpā ſequat̄. ⁊ vis doloris ſit cauſa ſalu
tis. Et q2 beatꝰ. ergo tu q̄ corripis ſi vis eſſe
beatus increpationē dñi ne reprobes. ⁊ cōſe
queris ſex fercula que ꝓmittunt̄ Job. v. vbi
dr̄ ei. Beatꝰ homo qui corripit̄ a dño. In/
crepationē ergo dñi non reprobes quia ipſe
vulnerat ⁊ medet̄. pcutit ⁊ manꝰ eius ſana/
bunt. In ſex tribulationibꝰ liberabit te. ⁊ in
ſeptima non tanget te malū. In fame eruet

te de morte ⁊ in bello de manu gladij. A fla/
gello lingue abſcōderis. ⁊ non timebis cala/
mitatē cū venerit. Ubi nota q̄ ſex bona fa
cit hec correptio. Quia ipſa vulnerat car/
nem ⁊ medet̄ anime. Eccli. xxxi. Infirmitas
grauis ſobriā facit animā. Et medet̄. viſita/
tione vel gaudioꝝ infuſione. Percutit et
manꝰ eius ſanabūt. q2 pcuſſiones eius ſūt
ſanationes. Unde dicit. Ego occidā et ego
⁊c. In ſex tribulationibꝰ ſcꝫ huiꝰ mundi
liberabit te ⁊ in ſeptima que erit in iudicio ñ
tanget te malū. In fame. i. in corporali in
edia eruet te d̄ morte peccati ⁊ gehenne. mor
tem induxit comeſtio illicita. ⁊ a morte eruit
dñs in penuria cibi ⁊ potꝰ. Et in bello cō/
tra tres hoſtes de manu gladij. i. de poteſta
te peccati. Eccli. xxi. Quaſi rūphea bis acu/
ta oīs iniquitas. A flagello lingue malo/
rum abſcōderis. gloſa. liberaberis. Vel lin/
gue. i. ſniē dñice. ⁊ nō timebis calamitatē cū
venerit. Ex p̄dictis igit̄ pꝫ vtilitas tribulati
onis ⁊ correptōis. Vñ ſicut in vitaſpatrū le
gimꝰ cū quidā frat̄ reqſiſſet ſenē dicēs. Dic
mihi rē quā cuſtodiā ⁊ ſaluer ꝑ ipſam. Rñ
dit ei. Si potueris ſufferre iniuriā ⁊ afflictꝰ
cōuitijs ſupportare ⁊ tacere. magna eſt hec res
ſup alia mādata. Ibidē. Quidā frat̄ dū ab
alio iniuriaret̄ venit ⁊ nūciauit ſeni. Cui ille
rñdit. Satiſfac cogitatōi tue quoniā ñ vult
te iniuriari ſꝫ peccata tua ſumit. Nā in omī
temptatiōe que te ꝯtingit ꝑ hoīem ne argu/
as eū ſed dic. q2 ꝓpter peccata mea hoc mihi
ꝯtingit. Interrogantibꝰ quibuſdā fratri
bus abbatē Moyſen ſermonē. ille exhorta/
tus eſt diſcipulū ſuū vt eis aliquid diceret.
Tūc ille palliū ſuū depoſuit ſub pedibꝰ ſuiſ
diceus. Niſi quis ſic fuerit cōculcatꝰ mona
chus eſſe non poteſt Abbas Macharius
dicebat. Ille verus eſt monachus ſiue ſuꝰ
beate virginis qui ſe in omnibꝰ vincit. Nā
ſi aliū arguens ad iracundiā mouet̄ quis ꝓ
priam paſſionē implet. Nec enī eſt lucrū vt
alterum quis ſaluet et ſeipſum debeat pdere
Boetius libro de conſolatione. Ego plꝰ ho
minibus reor aduerſam q̄ꝫ proſperā ꝓdeſſe
fortunam. Illa ſemper ſpecieꝫ felicitatis blā
da mentitur. hec ſemper vera eſt. Illa fallit.

hec inſtruit. Poſtremo felix a v̓o bono blã/
dimentis deuios ducit. aduerſa plerũqȝ ad
v̓a bona reducẽs vnco retrahit. Idẽ. Illa/
ta iniuria nõ accipiẽtis. ſȝ inferẽtis miſeria ẽ
Vñ ſocrates dicebat. Quiſq̃s volet tibi cõ/
tumeliã faciat ⁊ iniuriã. tu tñ nihil patieris.
ſi mõ tecũ erit virtꝰ. Habeat ergo ſeruꝰ bea
te v̓ginis patiam in aduerſis. ⁊ iuxta ſenten
tiam ſaluatoris noſtri in patiẽtia poſſideat
animã ſuã

¶ Stella vndecima ſiue virtꝰ ſerui beate virginis eſt q̄ erit honeſtus.

Honeſtꝰ ſiue mode
ſtus vt ſeruꝰ beate v̓ginis non am/
bulet in magnis nec in mirabilibꝰ
ſup ſe. ſed modeſtia eius nota ſit omnibꝰ ho
minibus ad Phil. iiij. ⁊ ſuã dñam in hac v̓
tute imitet̃. Si ei cõpoſitus miles cõpoſitã
debet habere familiã. ſicut dicit Hiero. mul/
to fortiꝰ regina pad̓iſi. Eſt ãt modeſtia mo/
dũ tenere in omnibꝰ. ſ. in v̓bis. q̄ tps tacẽdi.
⁊ tps loquẽdi Ecc̃s. iij. Prouerb. xvij. Qui
moderat̃ ſmones ſuos doctꝰ ⁊ prudens eſt
In veſtibꝰ ⁊ cibis. vt habẽtes alimẽta. non
delectamẽta. ⁊ q̄bus tegamur. nõ ornamẽta
his contenti ſimus. j. Thi. vj. Modeſte igit̃
ac honeſte et mature in omnibꝰ moribꝰ ſu/
is ſeruꝰ beate virginis ſe habeat vt in oĩbus
moribus ſuis nihil fiat qd̓ cuiuſq̃ȝ offendat
aſpectũ. Vt eni q̄dã ait. Decet veꝝ dei culto
rem ⁊ ſeruũ beate v̓ginis in inceſſu pedũ. in
aſpectu ⁊ depſſione oculoꝝ. in platõe v̓boꝝ.
in ſimplicitate veſtimẽtoꝝ. in vilitate ciboꝝ.
in omni grauitate moꝝ. effigiẽ ſanctitatis ĩ
tuentibus p̄ferre vt nihil appareat ĩ eo quod
poſſit offendere intuentes. Naȝ ſm Ariſto.
virtuoſus eſt mẽſura omniũ humanaꝝ cõ/
uerſationũ. Et oportet ſanctos habere teſti/
moniũ ab his q̄ foris ſunt vt ſint xp̄i et ma/
tris eius bonꝰ odor in omni loco. vt nec ma
li habeãt qd̓ rep̄hendãt in nobis. Cognoſcũ
tur eni interiora noſtra p exteriora. ⁊ q̄lis ſit
interior hõ in exteriori pbat̃. Vñ Ambro. li.
de officijs. Eſt ĩ ipõ motu geſtu ⁊ inceſſu te/
nenda verecũdia. Habitꝰ eni mẽtis in cor/
poris ſtatu cernit̃ ⁊ corpis motꝰ vox ẽ q̄daȝ
animi. Licet igit̃ vt idẽ dicit ĩterdũ honeſta
ioca ſuauia ſint. tñ ab eccliaſtica aberrãt re/
gula. Nec ſolũ pfuſos ſȝ etiã omẽs iocos ar
bitror eſſe declinãdos. Hec ille. Vñ apl̓s ad
Phi. iiij. Modeſtia veſtra ⁊c. vt ſupra Et ſe
quit̃. De cetero fratres. q̄cunqȝ ſunt v̓a. que
cũqȝ iuſta. quecũqȝ pudica. quecũqȝ ſancta.
quecũqȝ amabilia. q̄cũqȝ bone ↄſcie. ſi q̄ vir
tus ſi q̄ laus diſcipline. h̓ cogitate. ⁊ que didi
ciſtis ⁊ q̄ accepiſtis ⁊ audiſtis in me. h̓ agite
⁊ deꝰ pacis erit vobiſcũ. Vñ Cypri. Quis
tã ſtultꝰ eſt vt eũ dicat ſapientẽ. cuiꝰ vita eſt
diſſoluta mala ⁊ enormis. Dis eni diſſolu/
tio ex inſipiẽtie radice manat. Ariſtippꝰ ph̓s
interrogatꝰ q̄d ſibi ſtudiũ ph̓ie pficeret. rñ/
dit. vt ſciam in omnibꝰ ſecure ⁊ intrepide fa/
bulari ⁊ honeſte cõuerſari. Iſidorus libro
ſoliloquioꝝ. Profeſſionẽ tuã habitu ⁊ ince/
ſu demonſtra. Sit in geſtu grauitas. in in/
ceſſu honeſtas. nihil laſciuie. nihil dedecoris
nihil petulantie. nihil inſolentie. nihil leuita/
tis in inceſſu tuo appareat. Mores hominis
lingua pandit. Qualis eni ſermo oſtendit̃.
talis ⁊ animus cõprobat̃. Hec ille. ¶ Ad ho
neſtam cõuerſationẽ hortat̃ nos abbas Iſa
ac dicens. Decet monachũ et precipue huiȝ
beate virginis in omnibꝰ rebus ſuis formã
humilitatis habere vt ex multis virtutibus
eius fulgentibꝰ ſicut radij proſpiciẽtes ĩimi
ci veritatis etiã inuiti ↄfiteant̃ q̄ ſit xp̄ianis
certa ſpes ſalutis. ⁊ tanq̃ȝ refugiũ vndiqȝ cõ
currant ad eũ. ⁊ cornu eccleſie exaltet̃ contra
inimicos ſuos. ⁊ multi moueant̃ ad v̓tutis
zelũ. ⁊ recedant a ſeculo. ipſeqȝ fiat venerabi/
lis ex pulcritudine cõuerſationis ſue. Decȝ
itaqȝ monachũ pulcros habere geſtꝰ ex om
ni parte ſui p̄ter multaꝝ viſibiliũ certiſſimã
priuationẽ rerũ. omnimodũ carnis cõtem/
ptum. altũ ieiuniũ. ↄſtantiã. q̄etudinẽ. tpan/
tiã ſenſuũ. viſus cuſtodiã. oĩmqȝ mẽbroꝝ. et
in rebꝰ hꝰ ſeculi abſtinẽtiã. breuitatẽ in v̓bis
mulieꝝ. ĩ recordatõe mũdiciã. cũ diſcretione
ſimplicitatẽ. ſcire q̄ h̓ vita ſupflua ſit ⁊ ianis
⁊ q̄ ppe eſt illa vita ſpũal̓ ⁊ vera. Nõ ligare
ſeipſum amicicijs ⁊ vnioni hoĩs alicuiꝰ. ha
bere locũ habitatõis trãquillũ. fugere hoĩes
⁊ indeſinẽter pmanere ĩ oratõibꝰ. non habere

ambitionē nec gaudere xenijs. nec ligare ſe-
ipſum amore hꝰ vite. tēptatiões viriliť ſuſti-
nere. alterari a mūdanis affectibꝰ. ⁊ interro
gatiõe rex ipax. ꝯtinue curare ac meditari ĩ
regione veritatis. Habere vultū pallidū ⁊ ru-
goſum. lacrimari nocte dieqꝫ. ⁊ plꝰ his omĩ
bus diebꝰ cuſtodire ꝓpriā caſtitatē. eē mun
dū ab ingluuie vētris. ⁊ a puis etiā ⁊ a ma-
gnis. He ſunt v̓tutes monachi ſub cõpēdio
dicte. q̄ ſibi teſtimoniū ꝑhibent de oĩmoda
mortificatõe ſua ĩ mūdo ⁊ ꝓpinqͣtate eiꝰ ad
deū. Decet ergo ſeruū btē v̓ginis ꝺ his curā
ſꝑ gerere ⁊ ope ĩplere. Hec abbas Iſaac.

¶ Duodecima ſtella ſiue virtꝰ ſerui beate virginis eſt q̄ erit conſtās et perſeuerans

Conſtans et perſe-
uerans. Beata v̓go volēs nos obti
nere victoriā vt ꝑueniamꝰ ad coro
nā. ſciens q̄ nō coronabiť niſi q̄ legitime cer
tauerit. j. Thim. ij. procurat forte bella ⁊ tem
ptatiões amatoribꝰ ſuis. ⁊ ipſos qn̄qꝫ ꝑmit
tit tribulari. ſed facit cū tēptatione ꝓuentum
vt valeāt ſuſtinere. j. Cor. x. ⁊ eis v̓tutem ſub
miniſtrat vt ſic ꝑueniat ad coronā. Nā ipa
eſt q̄ ꝑcibus ſuis meritis ⁊ exēplis dat laſſo
virtutē. ⁊ his q̄ non ſunt ſm̄ ſuā reputatõnē
id eſt. humilibꝰ fortitudinē ⁊ robur mltipli-
cat. Iſa. xl. Idcirco de ipa poteſt intelligi il-
lud Sap. x. Certamē forte dedit illi. i. amato
ri ſuo vt vinceret ⁊ coronā acq̄reret. q̄ ſolis
victoribus temptationū ꝓmiſſa eſt. et ſciret
ꝑ experientiā quoniā omniū potentior ē ſa-
pientia. i. Maria. que emphatice diciť ſapiē
tia. ¶ Fortitudo igiť ſiue cõſtantia vt Ma-
crobius libro p̓mo ait. eſt animū ſupra peri-
culū erigere. nihilqꝫ ſibi q̄ꝫ turpia metuere.
fortiter tolerare aduerſa. ⁊ humiliter ꝓſpera
Qui enim hac virtute caret nullam in ſuis
operibꝰ proſperitatē obtinebit. Nā ꝑ ipſam
cõſtantiā ſiue ꝑſeuerantiā martyres ꝓualu
erunt. confeſſores ⁊ monachi vſqꝫ ad obitū
perſeuerauerūt ⁊ principibꝰ dominari me-
ruerunt. ¶ Maffeus quoqꝫ vegius ſingu-
lari facundia ⁊ ſermonis elegantia ꝑſeuerā
tiam cõmendans ita ait. Non eſt aliqua v̓-
tutum tam inſignis ⁊ excellenſ que ſine hac
quaſi omniū nutrice laudē aliquam conſe-
quatur. que ſi hac virtute careat. pulcritudi
nem vllā habere videatur. Hanc omnes v̓-
tutes colunt ⁊ venerātur. hanc omneſ ⁊ ma
trem ⁊ magiſtrā ⁊ ducē ⁊ dominā vno ore
confitenť. huic omnes inclināt colla ⁊ ſubdi
te famulanť. Hec ipſum ſaluatorē noſtꝝ ie-
ſum chriſtū ſuperata crudeliſſima immaniſ
ſimaqꝫ morte ꝓculcatoqꝫ baratro ad celos
glorioſum euexit. Hec apl̓os glorioſos fecit
Hec Auguſtinū ⁊ Hieronymū. Hec cun-
ctos ſacre doctrine doctores ſblimauit Hec
Laurentiū atqꝫ reliquā ĩnumerabilē mar-
tyꝝ turbā exaltauit. Hec coronauit virgineſ
extulit viduas. illuſtrauit confeſſores. Hec
monachos. hec ſanctos ſacerdotes. hec ſer-
uos beate virginis beatos in eternū effecit.
Hec heliſeo ſuſcitandi a morte puerū virtu-
tem dedit. Hec heliā curru igneo in celuꝫ tu
lit. Hec Iob ſummā virtutē cunctis oſten-
dit. Hec Abraā ſanctificauit. Hec Ioſeph
egyptiace fame prefecit. Hec Moyſen deo
coniunxit. Hanc quoniā populꝰ quē duce
bat cõtempſit grauibꝰ ideo ſepe malis affli
ctus eſt. Hanc quoniā dereliquit ſaul et re-
gno ſimul eſt priuatus ⁊ vita. Ablate ſam-
ſon vires. Salomoni ſapiētia. dānatus iu-
das. detruſus in eterna ſupplicia Iulianus
apoſtata. Pulſi ex paradiſo primi parētes.
priuati celo ſuperbiſſimi demones. in infer-
niqꝫ abyſſum irreuocabili ſentētia dimerſi
Hanc centra celi ⁊ ſidera que nunq̄ꝫ a cur-
ſu ſuo ceſſant cõfiteri videnť. Hāc terra que
nunq̄ꝫ parca eſt. alimenta in vſus hominuꝫ
ꝓferre recognoſcit. Huic mare ⁊ flumina q̄
bus eſt ꝯtinuus ſꝑ fluxꝰ obtēperant. Huic
cuncta deniqꝫ elemēta que nunq̄ꝫ pigra. nū-
q̄ꝫ feſſa. neceſſitates adiuuant hūanas. aſſi-
due obſequunť. Hec puerū decet. iuuenē cõ
mendat. in ſene neceſſaria eſt. in viriſ pulcra
in feminis admirāda. Hec egrotis cõſolati
onem. valentibꝰ affert iocunditatē. egentes
paſcit. opulētos continet. ſobrietati conſulit
amicicias confirmat. diſcordias ſedat. lites
fugat. odia extirpat. ſcandaliſ obuiat. lingue
impetū compeſcit. ac ante omnia demonuꝫ

inſidias ⁊ fraudes detegit. ⁊ eoꝝ audaciam
ꝯſternit. Hec ille. Itē de pſeuerātia ſanctus
Bern̄. Perſeuerātia virtutū ſola coronat̄.
pſeuerantia ſola meret̄ virtutis gloriā. coro
nam virtutibuſ. Prorſus abſqꝫ pſeuerātia
nec q̄ pugnat victoriā. nec palmā victor ꝯſe-
quitur. Uigor omniū virtutū ⁊ cōſumma-
tio eſt. Nutrix ad meritū. mediatrix ad pmi-
um. Soror eſt patiētie. cōſtantie filia. amica
pacis. amicicia ꝝ nodus. vnitatis vinculū.
propugnaculū ſanctitatis. Tolle perſeuerā
tiam. nec obſequiū mercedē habet. nec bene-
ficium gratiā. nec laudē fortitudo. Deniqꝫ
non ſeruus beate virginis qui ceperit ſed q̄
pſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſaluus erit

¶ Finit liber qui dicit̄ corona beate v̄ginis

¶ Notandū q᷒ plures
ſermones poſſunt formari. p̄cipue de beata
virgine ⁊ etiā alijs feſtiuitatib᷒ ex ſtellis co-
ronaꝝ beate v̄ginis ſupradictis. Et p forma
habent̄ aliq̄ inferi᷒ annotati. Numer᷒ vo
hic poſitus numeꝝ folioꝝ ſignificat

¶ Sermo de natiuitate dn̄i. Folio. ix
De eodem. x.
¶ Sermo in epiphania dn̄i. xi.
Sermo in purificatiōe beate v̄ginis. xi.
Sermo in annūciatione btē v̄ginis. xij.
De eodem. xxv. ¶ De eodem. xxvij.
De eodem. xlvj. De eodem. lxiij.
¶ In die paſceues Ser. de btā v̄gine. xvij.
Sermo in viſitatiōe beate v̄ginis. lix.
De eodem. lix. ¶ De eodem. lxxiij.
¶ Sermo in aſſumptione beate v̄ginis. xv
De eodē. xvj. ¶ De eodē. liiij. ¶ De eodē. lix
¶ Sermo in natiuitate beate v̄ginis. xlv.
De eodem. xlix. ¶ De eodem. lix
De eodē. lxij. ¶ De eodē. lxx.
¶ Sermo in feſto p̄ntatōis btē v̄ginis. lvij
Sermo in ꝯceptōe beate virginis. vij.
De eodem. xxvj. ¶ De eodē. lvij. ⁊. lviij
De eodem. lxj. ⁊. lxij ¶ De eodē. lxiij.
¶ Sermo cōmunis de beata v̄gine. lxxij.
Sermo in feſto corpis xp̄i. lxviii. ⁊. lxx
Poteſt aūt diligens lector plures ſmones
inuenire in ſtellis ſupradictis

1747404

8527.28

colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A B C D E F G H I J K L M N
x·rite
0 1 2 3 4 5 6 mm